



Dissertatio juridica inauguralis de servitute poenae et poena servitutis

<https://hdl.handle.net/1874/26763>

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
SERVITUTE POENÆ,
ET
POENA SERVITUTIS;

Q U A M,
PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JOANNIS MUNNIKS,

M. D. Medicinæ, Anatomes & Botanices Pro-
fessoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissima
Facultatis JURIDICÆ decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subjicit

FREDERICUS ROBERTUS VAN LATHUM,

ZUTPHANIA GELDRUS.

Ad diem . JULII , horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina GUILIELMI vande WATER, Aca-
demiae Typographi, clo Ic ccx.

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
SERVITUTE POENÆ,
ET
POENA SERVITUTIS.

PROLEGOMENA.



ervitutem, integerrimo primorum mortalium statu naturali incognitam, successu vero temporis, postquam pravus ardor, & sceleratus amor habendi mortalium animos invalit, crescente in dies cum divitiis luxu, majorumque fame, post bella communi quasi Gentium consensu introductam, universæ, vel saltem pleraque recepere, receptam, pro diversa indole ac inge-
nio, alia aliter exercuere. Ac præcipue quidem Romani, quò inter tot serviles maculas ac notas magis eminerent libertatis decora atque insignia, mirum in modum excoluere, plurima circa eam jura consti-
tuentes, & variis tum speciebus, tum effectibus donantes, atque ampliantes. Quæ cum utramque tum in Antiquitatibus, tum in Jure nostro faciant paginam, nulli, qui vel à limine illas Scientias saluta-
vit, ignota esse poslunt, Legum Studio certe non debent; Quan-
quam enim ea, quæ de servis reliqua nobis fecit Antiquitas, à non-
nullis inquis cenforibus atro carbone notentur, ac tanquam nullum
plane usum præbentia, ex censu & numero aliarum materiarum expun-
gantur, quantum tamen rerum rituumque indagioni, Legumque ge-
nuinæ explicationi conferant, nemo nisi hospes ignorat, adeo, ut abs-
que illorum cognitione, vera & solida Rom. juris peritia (de qua
hactenus tantummodo laboravimus) comparari haudquaquam possit.

Hæc ita persuasa semper animo meo federunt, ut Inauguralis hinc
Dissertationis thema sumere non erubuerim; Non, quod universam de-

DISSE

DISSERTATIO JURIDICA 2810.

servis materiam diligenter & copiose pertractandi, & in vastum hunc oceanum vela dandi propositum aut vires adsint, sed inde unum vel alterum rivulum deducere, inque eo navigandi periculum facere constitui; quem in finem materiam de SERVITUTE POENÆ, & POENA SERVITUTIS, quia a nemine eam ex professo tractatam animadvertebam, præ alia explicandam selegi. Quod equidem fortasse pro rei meritis me præstipurum, audax non promitto, ipse quippe mihi de curta supellecstile conscius, ea solummodo, quæ captui nostro convenientiunt, proponam; & servi etymologiam, servitutisque definitionem, cum utraque in Scholis satis sint decantata, nihil moratus, rem ipsam aggredior.

P A R S P R I O R;
DE SERVITUTE POENÆ.

Servitutem pœna describere licet, quod sit *status ille lugubris ac miserabilis, in quo sunt damnati ad ultimum supplicium, tempore intermedio inter sententiam & executionem, ut & in metallum, vel ad aliam similem pœnam damnati*. In hujus explicatione, definitionis verba, quantum licebit, sequemur; Dicitur ergo

Servitus pœna. Ratio nominis est; cum servus, qua talis, sine domino non detur, nec proprie dari possit, sunt enim hæc invicem correlata, in hac autem servitute nullus verus & certus dominus sit vel demonstrari possit (unde est, quod servi pœna Donello *Comm. jur. civ. lib. 9. c. 6. pag. 416. n. 30.* Servi sine domino dicantur) ad fictionem recursum fuit, quâ hujus servitutis Auctores & Inventores pœnam, cui noxii, velut piaculares Justitiæ victimæ, devoti, dominum repræsentare, ejusque locum obtinere fecerunt; & hinc *supplicium si-
ve pœna damnatum possidere*, & damnatus ei servire dicitur in *Nov. 22. c. 8.* Est autem hæc fictio de earum fictionum numero, quibus RES solo intellecta constantes, persona aliquius vicem sustinere intelliguntur: quemadmodum hujus generis fictiones definit Franc. Hottomannus in *Quæst. illustr. c. 38.* ejusdem generis est ea, qua Hereditas jacens persona*l. 22. d. usurp. & usucap. l. 61. d. acq. rer. dom.* ut plurimum defuncti *l. 31. §. 1. D. d. hered. Inst. l. 52. eod. l. 33. §. ult. l. 34. D. d. A. R. D. §. 2. J. d. hered. inst. pr. J. d. stip. serv.* ibi Vinn. nonnumquam

INAUGURALIS.

¶

quam heredis futuri l. 24. infin. d. Novat. add. l. 73. §. 1. d. V.O.l. 28.
§. ult. l. 35. d. stip. serv. vicem sustinet: Simili fictione, personæ vice
funguntur Municipium, Decuria, Societas l. 22. D. de fidej. & mand.
Alias fictionum species, quæ aut in *personis* versantur, aut in *tempo-*
re, aut *locis*, aut *actibus*, (ita enim distribuuntur) paucis collegit Hot-
tom. loc. cit. uberius autem Dadinus Altaserra in desideratissimo tra-
ctatu de *Fictionibus Juris*. Quod vero servitatem hanc esse fictionem
diximus, id tantum origine ac nomine tenus intelligendum, non de-
re ipsa, quippe huic conditioni obnoxii, veri servi sunt, & aliorum ser-
vorum jure in plerisque censentur; quamquam ipsa Poena, ut nomi-
ne, ita re, facta domina est, & manet, ut vel apparet ex l. 25. §. 3. d.
acq. her. j. pr. f. d. hered. Inf. Utrumque latius infra patebit.

II. *Status lugubris ac miserabilis*. Sive durissimas, &c, supra quam cui-
quam credibile est, intolerabiles in metallis operas, cum præsentissi-
mo sæpe vitæ discrimine conjunctas; Sive miserandam aliorum ad be-
stias &c. damnatorum conditionem; Sive tandem ultimo supplicio de-
stinatorum statum servilem respicias: Hi namque duplē mortem,
civilem pariter ac naturalem, coguntur sustinere, &c, antequam hujus
lucis usura privantur, perdere *libertatem*, quam *nemo bonus, nisi cum*
anima simul amittit, vel secundum ipsos sceleris Catilinarii participes,
apud Sallust. c. 33. Adeo, ut non licuerit illis liberis ac ingenuis mor-
tem naturalem, per se satis acerbam, oppetere, quod ab omni ævo
honestis ac generosis animis solatium pariter ac propositum fuit, &
hæc quoque Romanæ eloquentiæ Parenti sententia, hoc desiderium;
cum in *Orat. pro C. Rabir. perd. reo c. 5.* *Misera*, inquit, *est ignomia*
nia judiciorum publicorum, misera multitatio bonorum, miserum exilium,
sed tamen in omni calamitate retinetur vestigium aliquod libertatis; mors
denique, si proponatur, IN LIBERTATE MORIAMUR.

III. *Damnati ad ultimum supplicium*. Quod mortem solam esse in-
terpretantur JCTi, v. l. 21. D. d. pœn. scil. qui ita sunt damnati, ut
vel gladio vel furca, vel bestiis, vel igne, (& quæ sunt aliæ id genus
licitæ pœnæ v. l. 11. §. ult. l. 28. l. 31. §. 1. & 2. D. eod. l. 9. ad L.
Pomp. d. parric.) consumantur, hi enim, & que ac in metallum &c.
damnati, pœnæ servi sunt, ut constat ex l. 12. & 29. ff. d. pœn. l. 6.
§. 6. D. d. Inj. rupt. irrit. test. imo ex ratione juris vetustissimi fieri
debuerunt: Rem paulò altius repetamus. Libertatis studium, Roma-
nis cum lacte materno infusum, non sivit, ut civis, nisi forte gra-
vissimi criminis, veluti Majestatis, perduellionis, aut parricidii reus
effet,

DISSE RTATIO JURIDICA

esset, vitam invitus amitteret; Quod jus cum ipsis fere Urbis natalibus natum videri potest, cum jam ex lege quadam Numæ Pompilii (cujus, ut cæterarum Legum Regiarum, verba collegit J. Lipsius, & *tom.* 4. operum suorum recitat) pro parricida habitus fuerit, qui civem Romanum occideret; Quod deinde Lex Porcia (à Porcio Læca quodam dicta, v. Anton. Augustin. lib. sing. d. *LL. ad b. L.*) confirmavit & ampliavit, libertatem civium lictori tripiens, ut de eâ loquitur Cicero. *Or. pro Rubir. perd. reo c. 4. add. c. 3. ejusd. Or. & præfertim Liv. l. 10. c. 9.* Similiter nec libertate aut civitate invitus quisquam privabatur: *Hoc juris a Majoribus proditum est*, verba sunt Ciceronis *Or. pro dom. c. 29.* ut *nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit*: & paulo post, *Jus a Majoribus nostris, qui non sicut, & fallaciter populares, sed vere & sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus civitatem nemo possit invitus amittere.* Cum autem Minores animadverterent, has pro libertate Leges fenestram aperire malitiis, & flagitiosis ac desperditis hominibus asylum præbere, (quod minime de Rep., nec in bene constitutâ tolerandum merito putabant, ubi Justitia, quam distributivam DD. vocant, vigere, præmiaque & pœnæ pro cujusque meritis distribui debent: Illa, ut virtuti calcar addatur, v. *l. 4. C. d. stat. & imag. l. 1. C. pro quib. caus. serv. pram. lib.* Hæ in emendationem hominum *l. 20. D. d. pœn.* & ut conspectu ab iisdem facinoribus deterreantur alii, similia ausuri *l. 28. §. pen. eod. add. A. Gell. l. 6. c. 14. Sen. 1. d. Clem. c. 21. & l. 3. controv. c. 8. in fin.*) remedia excogitarunt, quibus & Leges, saltem quod ad verborum corticem, servarentur, & pœna tamen suos auctores tenerent; Ut enim populum, antiquæ & avitæ libertatis tenacem, deciperent, multis fictis ambagibus & speciosis fallaciis usi sunt, quibus aliquanto deterior facta est noxiorum conditio, quam si, omissis his figuramentis, liberè pro meritis puniti essent; sic ut Minores *sicut* magis ac *fallaciter*, non *vere*, sed tamen *sapienter* populares fuerint.

IV. Hunc autem ritum ac modum in puniendis noxiis tenuerunt. Si qui non adeo graviter deliquerant, ut possent videri mortem meriti, sed tantummodo civitatis amissione plectendi esse, quia eam expresse admire non licebat, id teste ac tacite faciebant: Quemadmodum enim *quadam in jure nostro, si exprimantur, effectum nullum habent, quando, si verbis tegantur, eandem significationem habeant, quam haberent expressa, & momentum aliquod habebunt, l. 63. D. d. her. inst. add. l. 65. §. 1. d. leg. l. 1. 52. d. Cond. & dem.* ita quoque hoc casu ex-

expressa libertatis aut civitatis ademptio nullum effectum habuit, tacita æquo animo lata fuit: Tectō namque, aquā, & igni noxiis interdicebant, i. e. prohibebant, ne quis eos tectō, mensave reciperet, aqua ignive adjuvaret, sub quorum, utpote præcipuorum vitæ elemotorum, appellatione, quoniam omnia ad sustentandum vitam humanam necessaria comprehenduntur, his interdicti, ni fame perire mallingent, solum vertere, i. e. in aliam provinciam exteram regionem concedere cogebantur, ac tunc, quam primum in eam civitatem, quo vertendi foli causa venerant, recepti essent, civitatem Romanam amitterebant, ut docet Cicero *Or. pro. Dom. c. 30.* atque eam sine dubio libera voluntate amisisse fingebantur, ac si, spretā & contemptā civitate Romanā, exteram illam pro hac elegissent, jam autem duarum simul civitatum, suæ & alienæ, cives esse Romani non poterant, Exteri è contrario, & suæ & Romanæ civitatis cives esse poterant. v. Cic. *pro Balb. c. 12.* & Corn. Nep. *in vit. Pomp. Attic. in pr. Anton. Govean. Var. Lett. Jur. civ. c. 6.* Plura de hac aquā & igni interdictione, (in cuius locum posterioribus temporibus, ut credibile est, sub Principibus, successit in insulam deportatio *l. 2. §. 1. ff. d. pæn. l. 3. ff. ad l. Jul. pecul. l. 5. §. ult. D. de Extr. cogn.*) vid. apud Brisson, *sel. antiqu. l. 3. c. 5.* Cujac. *6. obs. 39.* Bachov. *in not. ad Treut. vol. 2. disp. 31. tb. 6. lit. C. ¶ an vero &c.*

Eos vero, qui capitale crimen admiserant, ut possent dignâ criminis pœnâ plecti, delicto suo, i. e. propria voluntate, & quasi conventione, (quo sensu *delicto contrahere, delicta contrahi* v. *l. 1. ff. d. LL. l. 20. d. Judic. l. ult. d. accus. l. 15. d. don.* & *delicta contractus* dicuntur v. *l. 52. D. d. Re Jud.*) libertatem sibi ipsis ademisso & abjudicasse, sive, delinquendo cum pœna contraxisse, eique se in servitutem mancipasse fingebant, atque hoc colore, eo prætextu, illos Pœnæ, in servitutem, quam ipsi videbantur elegisse, addicebant, adeoque *pœna servos* faciebant. Similes in similibus casibus fictiones inferius referemus. Postquam igitur ficte volentes, vere inviti, in libertatem suam luserant, tanquam servi, quibuscum nulla juris civilis, quo pro nullis habentur *l. 32. d. R. I.* adeoque nec civitatis aut libertatis communicatio, in manum carnificis, veluti actoris pœnæ, mancipabantur v. Clar. Noodt *l. 3. prob. o. 12.* Atque ita, ut fateamur, quod res est, nimia tuendæ libertatis cura, libertatis plus æquo studiosos in servitutem præcipites dedit; Si enim Leges malos patriæ cives pro meritis capite puniri permisissent, haud opus fuisse his fictionum ambagibus,

qui-

DISSE^TRAT^O JURIDICA

quibus non facta, sed vera servilis conditio obtrusa illis, qui absque his in libertate mori potuissent, quod jam Ciceroni optatum vidimus, & nulli non viro bono maximopere optandum putamus.

V. Cum autem hæc fictio adhibita, & servitus inventa fuerit, ut ci-
ves possent, remoto civitatis libertatisque obstaculo, ultimo plecti sup-
plicio, quid de iis, qui jam servi sunt, dicendum? qui libertatem,
quaे obstat, quaे amitti possit, non habent, num ideo pœnæ ser-
vitius in iis cessabit? Distinguendum, inter servos ad ultimum suppli-
cium damnatos, quos pœna servos non fieri, res ipsa loquitur, sal-
tem non ad id, ut possint libere condemnari, ad eos namque leges su-
pra memoratae non pertinent, nisi fortassis eatenus possent dici servi
pœnæ fieri, quatenus per sententiam pristino domino crepti, (quia
sine domino esse non possunt) in alterius iterum, si non veri, certe
ficti Domini, i. e. Pœnæ, dominium recidere debebunt, donec con-
sumpti sint: Et inter servos in metallum &c. damnatos, hos servos
pœnæ effici, docet JCtus in l. 8. §. 12. d. pœn. quod intelligendum eo-
dem sensu, quo mox in servis ad ultimum damnatis supplicium vidi-
mus, nempe, quod per sententiam pristino vero domino ablati, jam
nullum alium nisi Pœnam, factum dominum, habeant; Nec ad eum per-
tinent, inquit JCtus, cuius fuerant, antequam damnarentur. Servus
quoque, cum semel domini esse desierit, servus pœnæ factus, etiamsi
postea beneficio Principis pœnâ liberatus sit, non est in potestatem
domini reddendus, ut Antoninum rescripsisse, testatur JCtus in d. §. 12.
& servi domino rescribunt Imp. in l. 8. C. d. sent. pass. & restit. Sed
forte quaeret quis, quid fiet de servo, qui beneficio principis pœnâ libera-
tus, ad pristinum dominum non revertitur, an occasione hujus indul-
gentiæ libertatem consequitur? Quo minus id affirmemus, obstat &
juris & æquitatis ratio, quaे non patitur, ut servus, qui ob delictum
in metalla damnatus est, ab iis liberatus, libertatem consequatur, &
ubi deliquit, facilius ad libertatem perveniat, atque ita ex delicto con-
ditionem suam faciat meliorem, contra l. 134. §. 1. d. R. I. quan-
quam id in noxali causa, satis injuste, obtineat v. §. 3. I. d. Nox. alt.
Rectius & verius ergo dicemus, servum hoc Principis beneficio a pœ-
na quidem, non a servitute liberari, per d. l. 8. §. 12. & post libera-
tionem in fisci dominium ac potestatem relabi, ejusque mancipium
fieri. d. l. 8. C. d. sent. pass. & restit. quod & evidenter docet JCtus
in l. 24. §. 5. ff. de fideic. libert. cum ait, pœnâ metalli indulgentiæ prin-
cipis liberatum, in dominium prioris domini non restitu, sed fisci effici.
hinc

INAUGURALIS.

Hinc in l. 25. §. 2. & 3. D. d. acq. v. om. her. inter servum fisci & pœnæ distinguitur, & distinctionis effectus adjicitur. qua de re latius infra n. XL. Cæterum quod hic dicitur, probe restringendum ad eos, qui, cum jam servi essent, in metallum dati, ac deinde ex eō liberati sunt, liberi namque homines in metallum damnati, postquam inde restituti sunt, fisci aut alterius dominio non incipiunt esse subiecti, sed libertatem, quam per damnationem amiserant, per restitutio-nem etiam generalem recipiunt, licet nec bona, nec honores recuperent, aut infamia liberentur. Et de hoc plura inferius n. XVII.

VI. Tempore intermedio. quod, ut docet JCtus in l. 29. D. d. pœn. s̄pē longum intercedit; Apud Romanos enim, secus ac apud nos, sententia non statim executioni mandabatur, sed plerumque per aliquod temporis spatum differebatur, quod damnati in servitute degabant; idque vel, ut ex his in alios quaſtio habeatur, quam causam reos post damnationem servandi JCtus in d. l. 29. subjicit: (quando autem quaſtio in socios procedere potest, vel non potest, v. in l. 16. §. 1. D. d. quaſt. & l. ult. C. de accuſ.) vel ob alias causas: Sic si mulier grā-vida sit ultimo supplicio damnata, non tantum jure Romano, sed etiam nostris aliorumque moribus, supplicium differtur, eaque servatur, donec partum ediderit l. 18. d. ſtat. hom. nec interim quaſtio de ea haberi potest l. 3. D. d. pœn. licet autem libera mulier per sententiam serva pœnæ facta sit, liberum tamē parit. d. l. 18. Ob favorem enim libertatis receptum est, ut liber nascatur partus ex matre, quæ vel conceptionis, vel medio, vel partus tempore, libertate gavifa fuit pr. I. d. ingen. l. 3. §. 2. D. d. ſtat. hom. Paul. rec. ſent. lib. 2. tit. 24. atque hinc in l. 4. C. de pœn. reſcrit Antoninus; Puerum ante conceptum, quam mater ejus in metallum condemnaretur, ejus conditionis eſſe, cuius ante condemnationem mater ejus fuit.

Suetonius in vit. Tiber. c. 75. mentionem facit SCtū, quo cautum erat, ut pœna damnatorum in decimum ſemper diem differretur: idem refert Tacitus l. 3. ann. c. 51. neuter tamen ejus vel nomen vel aucto-rem memorat. Dion Cassius, qui id SCtū a Tiberio mandatum ſcribit, (unde a Lipsio Tiberianum vocatur) causam ejus hanc refert lib. 57. Quia damnatio tunc fere a Senatu fiebat, & Princeps ſibi jus aliquod cognitionem servare volebat; Ut ſcil. per id tempus pœnitentiā vel milericordiā duci, atque ita ſententiam mollire vel mutare poſſet; quanquam nec Senatus libertatem ad pœnitendum fuſſe, neque Tiberium interiectu temporis mitigatum, Tacitus d. loc. addat: ad hoc SCtū re-ferenda.

DISSERTATIO JURIDICA

ferenda verba Senecæ lib. d. Tranq. anim. c. 14. Credisne illum decem medios usque ad supplicium dies sine ulla sollicitudine egisse? Ubi Lipsio mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissime convictus & damnato reo dies indulxit triginta vita in l. si vindicari 20. C. d. pœn. in quo recte reprehenditur a Dionysio Gothofredo in locis commun. seu libris aureorum ex Seneca factis Jurid. tit. d. pœn. Quia d. l. 20. tantum pertinet ad sententias Principum, & quidem præter consuetudinem graviores, quod ex ipsa l. apparet, ubi Impp. verbis in prima persona conceptis, de se ipsis loquuntur, unde dispositio d. l. non est extendenda ad sententias Magistratum, illis enim prospiciendum est, ne quid durius aut remissius constituantur, quam causa depositit, nec enim aut severitas aut clemens gloria affectanda est. l. 11. D. d. pœn. Ioli principes ex plenitudine potestatis pœnas pro personarum, vel temporum, locorum, cæterarumque circumstantiarum ratione, vel gravantium delictorum frequentia, v. l. 16. §. ult. cod. exacerbare, vel mollire possunt. Historiam & occasionem, quâ hæc l. 20. lata est, vid. apud Jacob. Gothofr. in Comment. ad l. 13. C. Theod. d. pœn. quæ est eadem cum b. l. 20. Cæterum, qui ex præscripto d. l. 20. servantur, quantum ad servitutem pœnæ, proprie hic non pertinent, quoniam eos durantibus istis 30. diebus pœna servos fuisse non puto, nam non pœnam tantum, sed & ipsam sententiam per id tempus excipere prohibentur; sic ut deinceps post 30. dierum lapsum, si sententia mutata vel mitigata non sit, vere condemnati, adeoque servi pœnæ dici possint. v. l. 6. §. 7. de Inj. rupt. irrit. fact. test. nisi delictum sit ejus naturæ, ut per se naturalem mortem mereatur, & tantum graviorem mortis speciem Princeps constituerit.

VII. Inter sententiam &c. Sola enim sententia non genus criminis spectatur. l. 12. d. pœn. & statim ac de his sententia dicta est, conditionem permutant, & confessum servi pœna fiunt l. 10. & 29. cod. hinc in l. 6. §. 6. f. d. inj. rupt. test. dicitur, si quis fuerit capit is damnatus, testamentum ejus irritum fiet, non tunc, cum consumptus, sed cum sententiam passus est. Adeo enim necessaria est sententia, ut reus, si ante eam naturali fatorum conditioni cesserit, pœna servus non fiat. v. d. l. 6. §. 7. Unde consequitur, ne quidem reum lessæ Majestatis, criminis aliquin longe gravissimi, ante sententiam in fata concedentem, pœna servum mori, quamquam, si crimen post mortem probetur, bonorum administratio illi statim a commissi criminis momento interdicta censatur, ita ut ipsi ab eo tempore omnis alienandi, adeoque, etiam ante-

INAUGURALIS.

te sententiam mortuo testamentum condendi facultas denegetur v. l. 31. §. ult. D. d. donat. l. 5. §. 4. l. 6. §. 1. c. ad l. Jul. Maj. d. l. 6. §. 6. 7. II. D. d. inj. rupt. irrit. test. Nec etiam eos, qui ob conscientiam criminis mortem sibi consciverunt, cum mori magis quam damnari maluerint, poenæ servos fieri, nam in civitate illos decedere, docet JCtus in d. l. 6. §. 7. licet testamenta eorum irrita constituantur. *Ibid.*

VIII. Cum itaque sine sententia nemo Servus poenæ fiat, quæri posset, num ea servitus in sententiâ exprimenda & condemnatio in eam nominativam facienda sit? Quod quantum ad originem sine hæsitatione affirmandum putarem; Cum enim (ut ex iis, quæ supra disputavimus, apparet) non esset penes judices, quenquam civem Romanum invitum, vel in servitutem redigere, vel ad ultimum supplicium condemnare, postea vero hæc servitus facta & excogitata eslet, verosimile est, sententiam hac similiye formula fuisse conceptam: *Lucius Tius delicto suo libertatem sibi abdicasse, seque in servitutem dedisse videtur, idcirco Poena, veluti domino, tanquam servus addicitus esto:* Atque ita ut verus servus sive ad mortem sive huic proximum supplicium condemnabatur. Quia vero hæc fictio instituta fuit, ut populi libertas, quæque ejus tuenda causa latæ erant Leges, saltem specie tenus, servarentur, populò jam hac fictione decepto, & utriusque mortis supplicium æquo animo pati paulatim asuefacto, inanis verborum ambitus, & fictionis sollicita observatio insequentibus temporibus in desuetudinem abire cœpit, ac tandem abolita videtur, sic ut postea noxii statim ad mortem &c. condemnarentur, & servitus poenæ ipsa vi & atrocitate sententiae, & ex natura poenæ, cui devovebantur, ex antiquæ fictionis vestigio infigeretur; Nam licet solennes ambages ab usu recesserint, haud dubie tamen res ipsa ejusque effectus manere.

IX. *Qui in metallum l. 8. §. 4. d. pœn. i. e. ad cruendas metallorum venas:* Metalla enim hic accipere debemus, non ipsam auri, argenti, &c. materiam; sed auri, argenti, æris, ferri, & cæterorum id genus fodinas; *metalla autem multa numero sunt,* inquit JCtus in d. §. 4. Sic in l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. d. usufr. occurunt *cretifodina, barenifodina, auri, argenti, æris, ferri, sulphurifodina* v. & l. 8. §. 8. d. pœn. in l. 15. f. de publ. & vestig. Cotoria, in quibus cotes foduntur, & exciduntur: in l. 3. §. 6. D. d. reb. ear. qui sub tut. invenies metallæ *hypocria* i. e. aluminis, de quibus adi Plin. *bister. nat. l. 35. c. 15.* Hæc omnia metallorum nomine contineri, tum ex d. ll. ubi metallæ audiunt,

tum ex metalli natura & nomine liquet; hujus enim appellatione comprehenduntur omnia mineralia, (fas sit ita loqui) quæ sub terris effodiendo eruuntur: Dictum est quasi, *āmōr pēr āmōr*, aliud post aliud, inveniatur; in qua etiam opinione fuit Plinius lib. 32. c. 6. *Ubique*, inquit, *inventā vena est; non procul invenitur alia, unde metallū*. *Grati* videntur dixisse. Salinæ, licet propriâ metallorum appellatione non contineantur, in eas tamen etiam rei & noxii, ut plurimum scemina, damnari solebant, & damnata frēbant serva peñæ, vel saltēm *quasi serva*. *d. l. 8. §. 8. d. pēn. l. 6. D. d. capt. & postl. rev.* Erant autem Salinæ apud Romanos publici juris, & publicanis, qui in *l. 11. C. de vett. & commiss. Mancipes* dieuntur, locabantur, qui inde redactum & exactum vestigal ærario inferebant *v. l. 17. §. 1. d. V. S. add. l. 59. §. 1. d. her. inst. l. 13. D. d. publ. & vett. l. 1. quod cujusque univ. nom. quemadmodum etiam jure feudali *salinarum redditus* inter Regalia referuntur *v. lib. 2. feud. tit. 56.* Privatorum tamen etiam ipso jure Romano fuisse salinas, constat ex *l. 4. §. 7. D. d. Censib. l. 5. §. 1. d. reb. eor. q. sub. tut. l. 32. §. 2. & 3. d. usu & usufr. leg. vid. Cujac. l. 3. Observ. 31.* sic salinas habuit Cicero, ut appareat ex ejus *ep. 32. lib. 7. ad fam.* ubi parum diligenter earum possessionem a procuratore suo defendi queritur. Nec id salinæ singulare habent, idem enim in omnis generis metallis obtinuit; Licet enim pleraque fuerint publica *d. l. 17. §. 1. d. V. S. l. pen. C. d. spectac.* nonnulla tamen Cæsaris erant *v. l. 38. D. de pēn. l. 6. §. 2. ad L. Jul. pecul.* i. e. in privato patrimonio Principis, non quâ Principis, sed quâ Diocletiani, quâ Justiniani *v. l. 3. §. pen. D. d. jur. fisc. l. 39. §. ult. d. leg. 1.* quo sensu res Cæsaris vel Principis distinguuntur à rebus fiscalibus, quæ non tam in principiis, quam principatus patrimonio sunt. *d. l. 3. l. 6. eod. l. 49. D. loc. cond. l. ult. D. q. pot. in pign. l. 3. C. d. quadr. prescr.* Quædam civitatibus relicta *arg. l. 10. & 13. C. d. vestig.* Suet. in *Tib. c. 49.* ibi Beroald. Privatorum denique in bonis, patrimonio, ac commercio fuisse, constat ex *d. l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. d. usufr. l. 77. d. contr. empt. l. 32. d. jur. dot. l. 7. §. 13. sol. mur.* Suet. *d. loc.* Cujac. *obs. l. 15. c. 21.* Dehodierno jure Regali metallifodinarum vid. Philip. Helfr. Krebs. *trag. de ligno & lapide part. 2. class. 3. sect. 3. tot.**

Metallis haud dubiè annumerari debent *Lapidicina* *d. l. 9. d. l. 13. d. l. 3. §. 6. d. reb. eor. q. sub. int. ita enim in Pand. Flor. & aliis MSS. Codd. legi, Viri docti testantur; Rectius tamen *Lapidina* vocantur, ut multis adstruit Vossius *lib. 1. d. Vitis. Sermon. c. 13.* & in *Etymolog. in voce*.*

voce *lapls.* Illarum mentio fit in *dd. ll.* & in *l. 32. de iur. dot. l. 77. d. conir. empt. vend. Marmorearum*, ut nobilissimæ speciei, in *l. ult. D. d. fund. dot. l. 7. §. 13. sol matr.* & quidem ubi lapis renascitur *dd. ll.* de illarum venis perquirendis vid. *l. 6. C. de metallar.* (11. 6.) *j. l. 3. sod.* Lapicidinæ græco nomine λατομίαι *Latomia* nuncupantur, ex λατός lapis, & τρυπή frustum abscissum, unde λατομέω exscindo, excido lapides: atque hæ voces promiscue usurpantur. vid. Plaut. *Capitiv. act. 3. sc. 5. v. 63.* & seqq.

X. Ab his *Latomiis* differre videntur *Lautumia* proprie dictæ, quarum fit mentio in *l. 1. §. ult. ff. d. aleator.* & in *l. 9. ff. ex quib. caus. maj. Lautumia* enim (ita in ff. Flor. legi testatur Cujacius *l. 6. obj. 7.*) fuerunt carceres subterranei in falso excisi, ubi rei sine vinculis asservabantur, ut constat ex *lautumiarum à vinculis publicis separatione in d. §. ult.* & apertius ex *d. l. 9. ubi, vinculum appellatio*, inquit Callistratus, *latius accipitur, nam etiam inclusos, veluti lautumiis, vincorum numero baberi placet, quia nihil interest, parietibus, an compedibus teneantur.* Atque hoc nomine quasi proprio Syracusis carcer appellabatur, in quem Tyranni innoxios sæpe pariter ac nocentes detrucebant, ut ejus squallore, atque aliis sexcentis incommodis, astus, frigorisque injuriis (erant enim hæ *lautumiæ* in cacumine apertæ, & sine tecto) miserrimo modo cruciarentur, nam (ut Sallustii de Tulliano verba huic referam) *incultu, odore, fœda atque terribilis earum facies.* vid. Pollet. *histor. for. Rom. l. 5. c. 14.* hinc lusus jocusque apud Senecam *lib. 5. controv. 37.* *Ne quenquam vestrum decipiatur nomen ipsum lautumiarum, minime lautes est.* Vid. *Cic. 1. verr. c. 5.* & ibi Ascon. Padian. Illarum formam luculenter & eleganter, ut solet, describit idem Cicero *c. 27. add. c. 55. ibid. & lib. 4. ad Attic. ep. 6.* Ex dictis facile est colligere, quænam sit proprie inter *Latomias* & *Lautumiasque* differentia; illæ dicuntur *lapicidinæ*, in quibus lapides etiam nunc cæduntur, quæ deinde satis excavatae carceris usum præbere possunt; Hæ, locus jam excavatus, sive carcer in falso excavato: Ob summam tamen, quam habent & re & nomine, affinitatem, hæ voces sæpe confunduntur, & pro latomiis *lautumiæ* dicuntur, quo referto locum Plauti in *Pœn. act. 4. sc. 2. v. 5.* Ubi ita queritur servus:

Ita me Di ament, vel in lautumiis vel in pistrino mavelim.

Agere atatem, prepeditus latera ferro mea. &c.

Ex quo loco etiam apparet, servos vincitos & catenis onustos solitos fuisse opus facere. Versa vice, quia ex latomiis satis effectis fieri

DISSERTATIO JURIDICA

poterant & solebant lautumiæ, carceres Romæ Latomiaæ appellari cœperunt, vid. Liv. l. 26. c. 27. l. 32. c. 26. l. 37. c. 3. l. 39. c. 44. Quapropter forte non male dixerim, has voces promiscue usurpari recte posse; Lautumiæ enim Græcis λαυτούλαι, uti Latomiaæ à contractiore λαυτούιαι, quemadmodum dicimus λατούια vel λατορια, utrumque autem à λαῖς λαῖς, ut jam occupavimus dicere. Sed è lautumiis, quæ forte nos longius a quo detinuerunt, in viam.

XI. Postquam jam vidi mus, quam multa numero sunt metalla, sequitur paucis indicandum, quibus terris inveniantur; Pergit enim ita JCtus in d. l. 8. §. 4. d. pæn. *Et quedam quidem provinciæ habent, quedam non habent, sed que non habent, in eas provincias mittunt (damnatos) que metalla habent.* Variæ autem memorantur in Juris libris terræ metalli fodinarum fertiles, quas omnes enumerare operæ pretium non erit. vid. tot. tit. C. d. metallar. & met. (11. 6.) & ibi Cujac. & al. DD. ad singulas LL. & ear. inscript. Nov. 22. c. 8. Cujac. l. 8. obs. 27. l. 7. §. 13. ff. solut. matr. l. 11. C. Theod. d. indulg. debitor (11. 28.) Apud alios Auctores etiam alias metalliferas terras invenias licet; Sic de Italia Plinius l. 3. bīst. nat. c. 10. infin. metallorum omnium fertilitate nullis cedit ierriis, sed interdittum id vetere consilio Patrum, Italia parci jubentium. addē l. 33. c. 4. & l. 37. c. 13. infin. Hispania quoque adeo metallorum fœcunda fuit, ut ea Romanis id temporis eo loco fuisse dicatur, quo nunc Hispanis America est: de hac vid. Plin. l. 3. c. 3. l. 4. c. 20. & l. 33. c. 6. nec terræ tantum, sed ipsa quoque flumina aurum, metallorum pretiosissimum, pepererunt, si credamus Plinio d. l. 33. c. 4. id de Tago Hispania, de Pado Italia, aliisque aliatum regionum fluminibus afferenti.

XII. Cum itaque Romani tot terras metallorum fertiles in orbe suo possiderent, ad quæ erienda & exercenda pene innumera requirebatur hominum copia, gravitas tamen operis plerosque deterret (ad eo quidem, ut multi patrium solum metalliferum pro alio verterent, atque ea ratione hoc onus, hanc molestiam subterfugerent, cui fraudi prospicere debuit Imp. Theodosius in l. ult. C. d. metallar. imo ipsi metallorum procuratores, simulatio hostili metu, se huic necessitatì subtraherent, ut necesse fuerit, in eos constitutionem emittere, quæ est l. 4. C. d. tit. ut ad implendum munus retraherentur) Summā prudentiā noxios, quos ob atrocitatem facinoris gravior forte alioquin poena manebat, non ultimō suppliciō affecere, sed tanquam servos metallicis operibus addicere maluere, simul & facinorum pœnam sumentes, simul & quæsum uberem

überem ex eorum labore capientes, ut in hac eadem re de Aegyptiis loquitur Diodor. Siculus lib. 1. Quia vero potissimum in metalla publica damnabantur, quorum quia dominus nullus, licet eo non careant, digito quasi demonstrari potest, ne servi sine domino essent, ad eandem fictionem recursum est, de qua supra latius, Poenaque dominum repræsentavit. Hæc poena deinceps adeo invaluit, & frequens fuit, ut in complurium criminum reos constituta inveniatur, nam tam ad personas liberas, quam ad serviles pertinuit conditiones l. 11. C. d. pœn. maxime tamen in humiliores, ut appareat ex exemplis eorum, qui ad hanc poenam damnari soliti fuerunt, quæ videri possunt in l. 1. D. d. fur. balnear. l. 1. §. 3. D. d. abig. l. 8. §. 6. d. Pœn. l. 28. §. 10. eod. d. l. 28. §. 14. (ubi Custodia sunt ipsi homines, qui custodiuntur, sive qui in custodia, poena sua funguntur, vid. Cujac. l. 6. Obs. 36. eodem sensu hæc vox accipitur in l. 12. D. d. publ. Ind. l. 10. d. cust. & Exhib. reor. l. 6. d. Offic. Proc. l. pen. d. feriis. l. 18. §. pen. & ult. d. Quest. & apud Suet. Calig. c. 27.) l. 38. D. d. pœn. l. 6. §. ult. ad L. Iul. pecul. d. l. 38. §. 3. 4. §. 7. 8. 9. l. 3. C. d. Incest. & imm. nupt. l. 3. C. d. serv. fugitiv. l. ult. C. d. postl. revers. l. 8. C. ad L. Iul. de vi publ. & priv. l. ult. ff. l. 2. C. d. sepulchr. viol. Olim in plagiarios, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates l. ult. C. ad Leg. Fab. d. plag. (ubi pro ieneantur legendum esse tenebantur, verborum sensus & nexus necessario postulant, & primus obseruavit Duarenus lib. 2. Disputat. c. 20. ex l. an. C. Theodos. eod. quæ est ejusdem Imp., ad eundem, eodem tempore rescripta) in lenones, qui filias vel ancillas invitas prostituunt l. 6. C. d. spect. & scen. & lenon. (11. 40.) v. l. 7. eod. & in alios passim in Legibus & Constitutionibus obvios: Atque hi dicuntur in metallum damnari vel dari d. l. 8. §. 4. & 12. de pœn. Metallō dari d. l. 3. C. d. serv. fugit. addici d. l. 2. C. d. sep. viol. in metallum detrudi, metallō implicari d. l. 3. C. d. incest. nupt. metalli pœna offici l. 5. C. depan. & quæ sunt id genus aliæ locutiones.

XIII. Metalli ergo poena libertatem adimit d. l. 8. §. 4. d. pœn. & proximam morti pœnam continet l. 28. pr. eod. hinc absentes in metallum damnari non posse docet Ulpianus in l. 5. ff. d. pœn. quemadmodum absentium condemnatio regulariter nunquam est permissa, nisi poena irroganda sit usque ad relegationem d. l. 5. quæ verba inclusive (fas sit ita loqui) intelligenda, i. e. si poena sit vel ipsa relegatio, vel relegatione minor d. l. & paucis aliis casibus exceptis v. l. 10. ff. de publ. judicio l. 21. C. d. pœn. l. 4. §. ult. D. ad L. Corn. d. scar. l. 13. l. 14. 5. C. ad L.

Iul.

Jul. d. ad ult. Quo cum cohæret, hic nec ab actoris nec a rei parte locum esse procuratori; Quod generaliter in causis criminalibus capitalibus, ne publica eludatur vindicta, obtinet *l. pen. d. publ. jud. l. 1. an per al. caus. app. l. 1. d. reg. v. abs. damn. l. 6. & ult. C. d. accus. vid. tamen d. l. pen. l. ult. C. d. injur. l. 71. D. d. procur. l. 33. §. 2. eod. j. l. 3. C. d. accusat. d. l. 1. an per al. caus.* Ubi verba *Usque ad relegationem*, contrario sensu, scil. exclusive accipienda videntur.

Ex eadem ratione hoc *jus in metallum damnandi Praefecto Urbi specialiter competere ex epistola Divi Severi*, docet idem Ulp. in *l. 8. s. 5. d. pœn.* est enim secundus gradus meri imperii *l. 28. pr. eod.* quod ipsum non jure Magistratus, sed vi specialis concessionis competit *l. 1. pr. & §. 1. d. Offic. ej. cui mand. jurisd. l. 6. pr. D. d. Off. proc.* Unde consequitur, quod non possit aliis mandari *d. l. 1. d. l. 6. l. 70. d. R. I.* nisi in casu necessariae absentia *d. l. 1.* etiam, ut ob easdem æquitatis utilitatis que rationes videntur, in casu infirmitatis & afflictæ valetudinis arg. *l. 209. l. ult. d. V. S. l. 1. l. 14. D. d. aut. tut. l. 8. §. ult. l. 9. d. procur. l. 17. §. II. de injur. pr. I. d. iis per quos ager. pos. §. 2. §. 7. I. d. excus. tut. l. 40. 41. §. 2. D. eod.*

XIV. Quam dura & misera sit hominum metallis addictorum conditio, vel expertus Tyndarus apud Plaut. *in capt. act. 5. sc. 4.* docere potest, quod lepide facit. vid. & Lips. *l. 2. d. Magn. Rom. c. 5.* & ibi Cassiodor. alleg. Sed haud opus hac de re longe lateque testimonia querere, veritatem hanc quotidiana experientia in terris metalliferis plus satis confirmat. Illorum miseriis etiam hoc additum, quod faciebus eorum stigmata inscribi solerent, quæ damnationis causam, & pœnam continebant, ut constat ex *l. 17. C. d. pen. & Suet. in Calig. c. 27.*

XV. Fuit horum stigmatum frequens variusque apud Veteres usus: & vel candenti ferro inurebantur, vel stylis compungebantur, sive in fronte, & tunc quidem ad infligendam ignominia notam (hinc stigmata aliquando sumuntur pro ipsâ infamia vel ignominia notâ, verbis epigrammatibusve inustâ, ut apud Suet. in *I. Ces. c. 73.* & Martial. *l. 6. epigr. 64. v. 26.*) vel in alia corporis parte, non notandi, sed noscendi ac cognoscendi causa. Ignominia causa in fronte literâ K. notabantur calumniatores ex Lege Remmia, de qua vid. Cic. *pro Rosc. Amer. c. 19. & c. 20. infin.* sed si ego hos bene novi, inquit, literam illam (puta K) cui vos usque eo inimici estis, ut eas omnes oderitis (i.e. oderitis omnia vocabula, quæ hanc initialem literam habent; recipit præter vocem & pœnam *Kalumnia*, ad literam K. tabb. condemnatoriis inscriptam, ut & ad *Kalandas*,

*tendas, non tantum, quia Kalendis Martiis, vel Juliis, pro re nata, solutiones pensionum sive mercedum fieri debebant l. 58. D. d. Usufr. l. 60. pr. loc. cond. l. 9. pr. qui pot. in pign. l. 41. d. Contr. Empt. sed &c, quia Veteres usuras pecuniae mutuae non in annos, sed in menses singulos stipulabantur, &c exigebant v. l. 41. §. 2. D. d. Usufr. l. 40. d. reb. cred. l. 26. §. 1. ff. depos. l. 90. d. V.O. Hinc passim Kalendæ celeres audiunt, sc. respectu morantium & tergiversantium debitorum. vid. Horat. l. 1. sat. 3. v. 86. & Epop. 2. infin. Ovid. l. 2. d. Rem. amor. v. 165. & seq. & hinc Kalendarium sumitur pro fœnori collocatarum pecuniarum codice. v. l. 3. C. de compens. l. 41. D. d. Reb. Cred. l. 39. §. 8. 14. D. d. adm. tut. l. 41. §. 6. d. leg. 3. l. 37. d. Usufr. leg. vid. Clar. Eckii Princ. Iur. Civ. tit. ff. d. Usur. n. 14.) ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis. Optimum quidem institutum; Cum nempe calumniatores omnem verecundiam, omnemque pudorem ejusasse viderentur, frons autem sit dicata pudori, merito in ea parte corporis, qua deliquerant, puniebantur, (quod saepius factum v. l. 3. C. d. serv. fugitiv.) ut sic tanquam boves cornupetæ, *fenum in cornu habentes*, vitarentur, & ab honestiorum hominum consortio arcerentur, ut de tali notato aliis alium commonefacere posset, *Hic niger est, hunc tu Romane caveto*; ac denique, ut alienam famam & existimationem arrodentes & mordentes, jure mordacum canum, quorum caveis illud, *Cave canem*, inscribi solenne erat, censerentur. Meminit hujus Legis Remmiaæ Marcianus in l. 1. §. 3. D. ad SCt. Turp. & Papinianus in l. 13. ff. d. Testib. ubi *integra frontis homo* est homo integer vita scelerisque purus, qui nunquam calumniæ pœnam in fronte sustinuit. Sunt, qui in d. loc. Ciceronis, & per consequens in d. ll. pro Remmia legunt Memmia, quos inter Hottonmannus, qui ibi fatetur, se nihil adhuc de Remmiorum familia legisse; Sed, ut videtur, male, contrarium enim ex d. locis patet, vid. & Anton. Augustin. lib. d. Legib. in l. Remmia: Remmiorum certe nomen non fuisse ignotum Romanis, constat præterea ex Sueton. lib. d. Illuſtr. Gramm. c. 23. & ex veteri inscriptione ab Interpreti ibidem subjecta: Fuit tamen & lex quædam Memmia, cuius meminit Val. Max. l. 3. c. 7. ex. Rom. 9. sed longe ab hac nostrâ diversa, utpote, quæ eorum, qui Reip. causa abeſſent, recipi nomina (in reorum numerum) verabat. Val. d. loc.*

Similiter servorum furacium vel fugitivorum frontibus stigmata inscribebantur, quæ inde *silypharia*, & *Inscripti* audiunt, v. Mart. lib. 8.

epig. 75. v. 9. etiam *Literati.* v. Plaut. in *Cafin.* act. 2. sc. 6. v. 45. & seqq.
Huic mori originem debet illud, *Samiis nemo literatior*; Illi enim, cum
ab Atheniensibus victi essent, ab iisdem in fronte punctis & literis no-
tati. Ad hanc inscriptionem sive inustionem, servorum faciebus fieri
solitam, potest videri respexisse JCtus in l. 17. §. 1. D. d. usufr. cum
inquit, servum fructuarium non posse ab usufructuario *cicatricibus de-*
formari, quod commodissime de cicatricibus ex ustione reliquis intel-
ligi potest: adde & Ulpian. *fragm.* tit. 1. §. 11. ubi haec stigmata *Ve-*
stigia vocat; (in quibusdam editionibus pessime legitur *Vestigalia*; Cu-
jacius pro *quibus vestigia* admodum probabiliter legit *quibusve stigmata*)
Gajo lib. 1. *Instit.* §. 4. *Indicia*; Ulpiano in l. 1. §. 8. D. d. *fugitiv.*
nota nuncupantur.

Alii præter metallicos & servos frontem inusti etiam leguntur, ex-
emplum memorabile vid. apud Sen. l. 4. d. *Benef.* c. 37. Plura de igno-
miniosa frontium inscriptione vide apud Connan. *comm. jur. civ.* lib. 2.
c. 6. n. 4. & Lips. l. 2. *Elec.* c. 15.

Dixi mox, nonnullos etiam alia corporis parte, sine ignominia ta-
men, stigmatibus fuisse notatos: Veluti Tirones in manibus. Veget.
d. *Re milii.* l. 1. c. 8. & l. 2. c. 5. vid. & Lips. l. 1. d. *mil. Rom. dial.* 9.
Ad Tironum imitationem Fabricenses quoque l. 3. C. d. *Fabric.* (11.
9.) l. 4. eod. quinam illi sint v. in d. *tit.* & *Nov.* 85. c. 1. Similiter &
Aquarii, & quidem singulis manibus ex constitutione Leonis in l. 10.
C. d. *Aquaduct* (11. 40.) Imperatoris nomine signari jubentur; Cau-
fa & ratio hujus inscriptionis est in d. l. 3. & 10. Sed abruptum filum
attexamus.

XVI. Quod de stigmatibus, metallicorum faciebus inscribi solitis, di-
ximus, sustulit Constantinus in l. 17. C. de *Pæn.* in manibus tan-
tum & suris pœnam damnationis una inscriptione comprehendere per-
mittens; *Quo facies*, inquit, *qua ad similitudinem pulchritudinis caele-*
stis est figurata, minime maculetur. Hæc ratio Imperatoris (qualis qualis
Christiani! vid. Anton. Matth. d. *crim.* lib. 48. tit. 18. n. 11. & Wis-
semb. ad tit. ff. d. *calumn.* quanquam non displiceat Ampl. Hubero ad
eund. tit. n. 4.) quum generaliter facierum formam conservatam velit,
videtur hac in parte abrogare etiam voluisse Legem Remmiam de ca-
lumniatoribus, & alias sive leges sive consuetudines, quæ inustionem
vel inscriptionem facierum permittebant; in locum namque pœnæ
legis Remmiaæ succedit pœna *talionis*. v. l. ult. C. d. *accus.* l. ult. C. d.
calumn.

XVII. Ho-

XVII. Hodie stigmatis in facie vel fronte inustionem illicitam esse, etiamsi per statutum introducta sit, & statutum, quantum ad hoc, non valere, nec servandum esse, observat Joach. Mynsing. *Cent. 2. Observ. 46.* in Gallia tamen *sontibus in frontes imaginem lili floris candente ferro imprimi*, testatur Joh. Imbertus *Instit. forens. c. 21.* & ex eo Gudelinus *d. Jure Nov. l. 5. c. 15. vers. 8.* *stigmatibus.* His vero regionibus stigmata tergo, humeris, vel simili membro inuri solent, quod longe decentius esse, Gudelinus *d. loc. ait.*

XVIII. Plus satis in examinandis metallicorum miseriis occupati fuimus; Benignorem jam induamus personam, & quomodo ab injuncta poena liberari possint, quique in universum a metalli poena, adeoque & ab hac servitutis Pocuæ specie liberi, & immunes sint, videamus.

Liberantur in metallum damnati, (1) *si valetudine, aut etatis infirmitate inutiles operi faciendo reprehendantur.* *l. 22. D. d. pœn.* quo casu etiam à Præside causa cognita dimitti possunt, *si modo vel cognatos vel affines habeant, & non minus 10. annis pœnâ suâ functi fuerint d. l. 22.* quod decennii tempus etiam observatur, si imperitiâ judicis ad tempus, sine præfinito tamen certo tempore, in metallum dati sint *l. 23. eod.* unde apparet, (2) Lapsum temporis hanc poenam tollere posse: Quanquam enim nemo, ut in opus metalli, ita multo minus in metallum *ad tempus* damnari debet *l. 28. §. 6. d. pœn.* Si tamen Judex id per *imperitiam d. l. 23.* fecerit, sententia quidem non est nulla, sed is, qui damnatus est ad certum tempus, per id tempus, qui ad incertum, per decennium, pœnâ fungi debet *ad. ll.* sed tamen, *etiamsi faciet metallum opus, non in metallum damnatus esse intelligi debet, hujus enim libertas manet d. l. 28. §. 6.* eodem modo, ut servus in opus publicum sive temporarium sive perpetuum non datur, *si tamen per errorem in temporarium opus datus fuerit, expleto tempore, domino reddendus est l. 34. eod.* vid. Cujac. *l. 6. observ. 25.* & Clar. Voet. *ad tit. ff. d. pœn. n. 2.* (3) A metalli, ut ab omni aliâ, pœnâ liberantur restituzione *l. 8. §. 12. D. d. pœn. l. 1. §. 1. l. 4. D. d. sent. pass. & restit. &c.* i.e. indulgentiâ, quâ Princeps sententiam passos in integrum restituit *l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. 9. C. d. calumn. §. 6. J. d. J. N. G. & C. l. 4. C. d. bon. proscr. t. t. ff. & C. d. sent. pass. & restitutis.* Consideratur autem restitutio heic loci non ut *officium justitia*, quo sensu tractatur in *lib. 4. ff. & lib. 2. tit. 20.* & seqq. Cod. sed ut *beneficium gratia*, quo solus princeps pœnam vel mutat, vel minuit, vel in totum tollit, *supra d. ll.*

DISSERTATIO JURIDICA

ll. & l. 9. §. 11. infin. *D. d. pæn. l. 27. eod. l. 2. C. d. sent. pass. &*
restit. Per hanc autem restitutionem (loquimur de liberis hominibus
 in metallum damnatis, & restitutis; de servis antevertimus dicere n.v.)
 nec bona in fiscum redacta *d. l. 2. C. l. 4. eod. l. 4. C. d. bon. proscr.* nec
 honores *l. 6. & 7. C. d. sent. pass.* nec alia *v. l. 3. 4. 5. 6. eod.* recuper-
 rantur, nisi restitutio sit specialis, & plenissima *l. 1. C. d. tit. d. l. 2. &*
4. infin. l. 9. C. l. 2. l. 3. ff. eod. Cognitionis tamen jura etiam genera-
 li restitutione redditiva videntur *v. l. 4. ff. d. tit.* & poenæ servus resti-
 tutus ad bonorum possessionem contra tabb. admittitur *l. 1. §. ult. l. 2.*
D. d. bon. poss. contr. tabb. Idem obtinet in jure patronatus, quanquam
 id non tam post restitutionem reviviscere, quam per servitutem poenæ
 nequidem extingui, dicendum sit *l. 1. §. 1. ff. de sent. pass.* ad novos quo-
 que honores restitutum (etiam, ut videtur, generaliter) perinde ac si
 damnatus non fuisset, vocari, docet Ulpianus in *l. 3. §. 2. D. d. mun.*
& honor.

XIX. A metalli poena, adeoque hac servitutis poenæ specie, immu-
 nes sunt in genere honestiores, humiliorum namque supplicium fuisse,
 supra *n. xi i.* demonstravimus. In specie autem *Veteranis* id præ-
 rogativæ datum invenimus *v. l. 3. ff. d. Veteran.* eorumque liberis *d. l.* usque ad primum duntaxat gradum *l. 5. C. d. pæn.* atque hoc rece-
 ptum est inter plurima alia illorum in jure privilegia. *v. §. 3. l. d. mil.*
test. l. 26. ff. eod. l. 9. C. quand. prov. necess. non est l. 7. D. d. vac. & exc.
mun. l. ult. C. d. his q. non impl. sfp. tit. C. d. Excus. Veter. iii. ff. &
C. d. Veteran. & l. 1. C. eod. (12. 47.)

Præter veterans nominatim quoque in metalium dari vetantur *De-*
curiones l. 9. §. 11. D. d. pæn. l. 3. C. eod. i. e. curiarum municipalium
Senatores l. 33. C. d. decur. eorumque parentes & liberi. *d. l. 9. §. 12.*
l. 9. C. eod. Liberos autem non tantum filios accipere debemus, verum
 omnes liberos *§. 13. ibid. j. l. 220. d. V. S.* in quo differunt Decuri-
 onis liberi à Veteranorum *v. d. l. 5. C. d. pæn.* cum alioquin *Vetera-*
nis & liberis veteranorum eundem honorem haberi, qui & Decurionibus,
 doceat Marcius in *l. 3. ff. d. Veteran.* quibus autem liberis id privi-
 legium competit, vide in *d. l. 9. §. 14. j. l. 2. §. 2. ff. d. decur. d. l. 9.*
§. 15. l. 2. §. 6. ff. d. decur. Hæc aliaque proposita sunt privilegia
 & præmia, quæ homines ad onerosissimum hoc munus suscipiendum
 allicerent *v. l. 3. C. d. nat. lib. l. 15. ff. d. pæn. l. 28. §. 5.*
cod. l. ult. ff. & t. t. ff. & t. C. d. Decur. Nov. 18. c. 2. Nov. 89. c. 2.
 De iis autem, qui in metallum damnari non possunt, ut generaliter
 dicitur

dixerim, (verba Callistrati in l. 8. §. 5. D. d. pæn. mea facio) omnes, qui fustibus cedi prohibentur, eandem babere honoris reverentiam debent, quam Decuriones habent (quia & ipsi fustibus castigari vetantur l. 5. C. ex quib. caus. infam. irrog.) est enim inconstans dicere, eum, quem principales constitutiones fustibus subjici prohibuerunt, in metallum dari posse.

XX. A damnatis in metallum differunt damnati in *opus metalli*, sed *differentia in vinculis tantum est*, inquit JCtus in l. 8. §. 6. d. pæn. quod qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli, levioribus, quodque *refuga ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo, gravius coercentur*. Idem fere dicitur in l. 5. *infin. D. d. exir. cogn.* cætera ergo conveniunt; Adeoque tam hi, quam illi, poenæ servi fiunt l. 17. *pr. d. pæn.* quemadmodum ii quoque, qui *in perpetuum metallicorum ministerium* damnati sunt l. 36. *eod.* quanquam enim hi possent aliquo modo dici veros dominos, metallicos nempe, habere, adeoque facto domino non indigere, quia tamen poenæ causa horum ministerio addicuntur, potius Poenæ, quam alterius servi esse videntur, & hinc est, quod fœminæ ita damnatae, *quasi serva pæna*, dicantur in l. 8. §. 8. d. pæn. licet Cl. Wissembacchius ad tit. ff. de pæn. n. 16. voculam *quasi* per *non vere* explicet: Cæterum lectio d. l. 8. §. 8. ut constet proportio & evidentiâ differentiæ inter damnationem temporariam & perpetuam, qua poenæ servitutem irrogari in verbis præc. dictum erat, & ex l. 36. d. tit. probavimus, videtur esse vitiosa, & vel cum vulgat. edit. pro *retinent*, legendum *amittunt*. vid. Bachov. *not. ad Treutl. vol. 2. disp. 31. tb. 6. lit. D. vers.* sicut tamen *in med.* vel cum Cujacij lib. 15. *Obf. c. 22. libertatem, pro civitatem*: Ut sensus d. §. sit, fœminas in perpetuum metallicorum ministerium damnatas, poenæ servas fieri, ad tempus vero, *amittere civitatem*, salva scil. libertate; vel *retinere libertatem*, amissa civitate: Hæc enim locutio, qua libertas *retineri* vel *manere* dicitur, ita accipienda est, ut tum civitas implicite intelligatur *amitti*, exemplum est, in l. 28. §. 6. d. pæn. & versa vice, cum civitas dicitur *amitti*, libertas tamen *retineatur*, & salva sit. v. l. 17. §. 1. *eod.* quia hæc sine illa esse potest; Cum autem libertas dicitur *amitti*, multo magis civitas amittatur, & versa vice, cum civitas *retineri* dicitur, multo magis libertas retineatur, quia illa sine hac esse non potest. Si cui tamen minus arrideat hæc emendatio, poterit cum Clar. Voetio ad tit. ff. d. pæn. n. 2. *civitatem* in d. §. 8. accipere de eo civitatis jure, quod ex juregentium

DISSERTATIO JURIDICA

est, & libertatem salvam comitatur, non de eo, quod ex jure civili Romanorum; Quemadmodum in *I. 5. §. ult. D. d. extr. cogn.* è contrario *libertas* (quatenus dicitur adimi ei, cui aqua & igni interdictum est) explicanda videtur non de ea libertate, quæ ex jure gentium, sed quæ ex jure Quiritium est, & cum civitate cohæret, consistens iure connubii, patriæ potestatis &c. vid. Cic. *Orat. pro Cæcinn.* c. 33.

XXI. Est & alia damnatio, nempe in *Opus publicum*, quæ tamen libertatem non adimit. Ant. Matthæus *tr. d. Crim. l. 4. t. 18. d. pæn. c. 1. n. 4.* per *Opus publicum* intelligendum putat *ministerium metallicorum*, aut *salinas*, sed, ut videtur, male; Quanquam enim hæc in eo convenient, quod tam in *opus publicum*, quam in *ministerium metallicorum*, quis ad tempus damnari possit *d. l. 8. §. 8. l. 17. §. 1. d. pæn.* in eo tamen, quod præcipuum est, differunt, quod in *ministerium metallicorum* vel in *salinas* damnati servi poenæ fiant *d. l. 8. §. 8. l. 36. eod.* in *opus vero publicum* dati servi non efficiantur; si namque *perpetuo dati* sint, *ea, quæ juris civilis sunt*, i. e. civitatem ejusque jura, *non habent*, i. e. amittunt, *que vero juris gentium sunt*, i. e. libertatem, *habent* i. e. retinent. *d. l. 17. §. 1.* idem diceretur in *l. 28. §. 6. eod.* si rejecto *non lectio* esset paulo concinnior. vid. Cujac. ad Paul. *rec. sent. lib. 5. tit. 17. inf.* Bachov. Wissemb. Voet. *locis cit.* & hinc in *opus perpetuum* damnati in *l. 1. C. d. pæn.* dicuntur non dissimilis conditionis esse ab his, qui in insulam deportantur, & utriusque in *d. l. 17. §. 1.* conjuguntur: *Ad tempus* vero in *opus publicum* damnati *pristinum statum retinent*, inquit Impp. in *l. 6. C. ex qb. cauf. infam. irrog. sed damno infamia post impletum tempus subjiciuntur. Quod tamen ita accipendum*, nisi ob levius delictum graviori poena affecti sint, quam quæ legibus in id statuta est, veluti si in crimine, cuius poena est pecuniaria condemnation, furti puta, *opere temporario multati sint*, vel fustibus cæsi, licet ipsum crimen famosum sit, infames tamen non fiant. *l. 10. §. 2. D. d. pæn.* quemadmodum sèpius infamia, quæ ex delicti natura infligenda foret, extinguitur, si poena irrogata sit gravior ordinariâ, & quæ ad *publicam vindictam* pertinet v. *l. 13. §. 7. ff. d. his q. not. infam. l. 4. C. eod. l. 15. D. ad munic. l. 5. D. d. Decur.*

Hæc de condemnatione in metalla &c. (in cuius locum hodie in regionibus, quæ metallis carent, successit damnatio perpetua in ergastulum sive laboratorium publicum, vel etiam ad triremes v. Carpz. præz. *Crimin. part. 3. quæst. 129. n. 8. 41. 42.* Gerh. Feltman. *lib. sing. de Dea Podagra* c. 15. n. 2. ♂ per tot. ubi cum Servis poenæ Podagricos

gricos comparat. Peregrin. de Jure Fisc. l. 3. tit. 4. n. 5. & seqq.) sufficiant; videamus de aliis modis, quibus servitus pœnae infligatur. Dixi

XXII. *Vel ad aliam similem pœnam damnati.* Veluti in ludum venatorium, ad bestias, in ludum gladiatorium, ad gladium. De singulis separatis.

Ludus venatorius erat genus spectaculi, quo homines in harenam demissi, ibi cum omnis generis feris, spectante & circumfidente populi corona, pugnabant: Appellatur *ludus venatorius* in l. 8. §. 11. & 12. d. pœn. & plerumque hoc nomine tum apud JCtos, tum apud alios Auctores, insignitur, saepe tamen tam apud illos, quam hos, *Venatio* dicetur, veluti in l. 122. de leg. 1. l. 10. inf. pr. D. ad L. Jul. d. vii publ. est namque veræ, justæ, ac innocuae vénationis, licet injusta & noxia, imitatio.

Dico in harenam. *Harena* sive *arena* dicebatur locus theatri vel amphitheatri inferior concavus, qui, ne crebra sanguinis effusio pugnantium pedes falleret, harenâ, quæ sanguinem absorberet, sternebatur. vid. Lips. d. *Amphit.* c. 3. indeque hæc vox plerumque pro loco pugnæ, sive amphiteatro usurpatur v. l. 1. §. 6. D. d. postul. l. 1. §. 1. inf. d. adil. edit. Suct. Ner. c. 12. & Calig. c. 30. Martial. lib. d. spectac. ep. 4. v. 3. ep. 5. v. 4. epigr. 9. ep. 21. v. 2. & passim. Vel etiam pro ipso munere sive spectaculo, ut in l. 8. §. 3. C. d. repud. ubi *arena* numero (loquor cum Grammaticis) plurali occurunt, quanquam ita parum recte usurpari, quibusdam olim disputatum fuit apud A. Gell. lib. 19. Noct. Attic. c. 8. in quo tamen etiam numero hac voce usus est Ovidius lib. 3. d. art. am. v. 395.

Spectentur tepido maculosa sanguine arena.

Aliquando & *arena* per Metonymiam pro ipsis hominibus in arenâ pugnantibus sumitur, ut apud Juven. Sat. 6. v. 217. & seq. ubi indignabundus ita canit:

Testandi cum sit lenonibus atque lanistis

Libertas, & juris idem contingat arena.

i. e. *harenariis*, ita enim generali nomine appellantur omnes, qui in arena pugnant, qui alioquin distinctim vel *bestiarii*, vel *gladiatores* nuncupantur, v. l. 21. §. 2. D. d. Testib. l. 5. D. ad SCrum Trebell. Nov. 115. c. 3. §. 10.

XXIII. In ludum Venatorium damnati aliis verbis, eodem tamen fere, ut videtur, sensu & effectu dicuntur *damnati*, *dati ad bestias* l. 8. §. 4. D. qui test. fac. pos. l. 12. & 29. d. pœn. l. 28. §. 15. l. 31. eod. l. 6. §. 6. ff.

di

DISSERTATIO JURIDICA

*d. injus. rupt. irrit. test. l. 25. §. 3. d. acq. her. l. 8. ad L. Corn. d. fals. l. 6.
ad L. Iul. pecul. l. 1. D. d. Veteran.*

Ridiculus est Accursius, ut sunt plurimæ ejus ineptiæ, qui in *ludum venatorium*, sive *venationem damnatos* intelligit eos, qui ad id condemnati sunt, ut quotidie feras pro culina & mensa Principis venentur, & ad *bestias damnatos* eos, qui ita condemnati sunt, ut deducant bestias, vel cum iis comedant, aut alia bestialia faciant. vid. Bachov. ad §. 3. I. quib. mod. I. P. P. S. nec magis rem tetigit glossa ad l. 29. *D. d. pœn. quæ ad bestias damnatum explicat, qui forte trahebatur ad can-dam equi, doneo moveretur, vel, qui ponebatur inter feras bestias.*

XXIV. Anton. Matthæus loc. cit. n. 5. existimat, ad exemplum damnatorum in ludum gladiatorium & ad gladium, multum quoque interfuisse inter damnatos ad bestias & damnatos in ludum venatorium, quod *isti* (ad bestias damnati) *statim consumebantur, hi* (in lud. venat. damnati) *diutius conservabantur ad Populi voluptatem*: Quod non satis quadrare videtur verbis l. 29. d. pœn. ubi, postquam JCtus dixisset, servitutem pœnæ occupare mortem, sic pergit; *& nonnunquam longum tempus occupat, quod accidit in personis eorum, qui ad bestias damnantur;* Ex quibus verbis appareat, non ita crude, & simpliciter dicendum esse, ad bestias damnatos *statim* fuisse consumptos, quanquam verum sit, in ludum damnatos *diutius* seruari solitos fuisse; Differentia enim hæc inter illos statuenda est, & petenda ex l. 8. §. 11. d. pœn. sc. quod in ludum venatorium damnati, salva servitute pœnæ, *in hoc dissent à ca-teris, i. e. ad bestias damnatis, quod instituuntur venatores*, i. e. quod artem venandi, impetus morsusque vitandi, feras petendi, &c. a magistro erudiuntur, antequam in harenam producuntur, unde & *Ludus* vocatur, (qua de re infra in ludo gladiatorio) ut autem ita instituerentur, requirebatur certè aliquod temporis spatium, quod in damnatis ad bestias adeo necessarium non fuit, sed tamen etiam usurpatum, quoniam plerumque in proximum munus asservabantur; Instituti & eruditivi venatores diutius ferarum invasionibus resistere, plures feras occidere, atque adeo gratius populo spectaculum præbere poterant; *Ceteri, i. e. ad bestias damnatis, sine ulla arte, nulla prævia institutione, sed tamen armati cum bestiis committebantur, & quo meliore poterant modo, utque alacritas, aut vires suppeditabant, vitam defendebant.* adde Cujac. l. 13. obs. 10. ubi recedit ab emendatione, quâ ad lib. 5. rec. sent. Paul. tit. 17. §. 2. in d. §. 11. pro quod legendum qui putaverat. vid. & Perez ad p. C. d. Venat. fer. n. 2.

Non

Non videtur tamen hæc differentia locutionis ita accurate semper fuisse observata, nam etiam venatoria arte institutos invenio vocari *ad bestias damnatos*, in l. 31. *D. d. pœn.* ibi, *ad bestias damnati ejus artificiū*, ut digne populo Romano exhiberi possint.

XXV. Est & aliud genus pœnæ bestiarum; Cum noxiis iis *objiciuntur*, vel *subjiciuntur*: utrumque enim promiscue dicitur, v. l. 38, §. 2. d. *Pœn. l. pen. ad L. Pomp. de parricid. l. 1. §. 3. infin. d. abig. l. 3. §. pen. ad L. Corn. de siccari. l. ult. C. ad L. Fab. d. Plag. l. 12. C. d. pœn. §. 3. l. quib. modi jus pat. pot. solv.*

Hi, salva servitute pœnæ, a *datis* ad bestias differunt, licet a Vinnio *ad d. §. 3.* & ab aliis, cum illis confundantur; Bestiis enim *objici*, nisi valde impropriè loqui amemus, dicuntur, qui manus pedesque vinclati, vel etiam soluti, sed inermes, nonnunquam seniō, aut valetudine debilitati, leonibus, tigribus, ursis, aliquæ ferocibus feris, saepe canibus, v. Suet. *in Domit. c. 10.* dilacerandi propiciebantur, aliquando nudi in crucem surrecti, invadentibus feris exponebantur, vid. Martial. *lib. d. spekt. epigr. 7. Lips. lib. 3. de Cruce c. 11.* (quod nefanda libidine, & obscena turpitudine, Neronem, monstrum hominis, feræ quidem pelle coniectum, sed plus quam ferina mente præditum, imitatum fuisse, refert Sueton. *in ejus vit. c. 29.*) Feris ita *objecti* nullam evadendi spem habebant, sed certissimam mortem obibant, atque hoc propriè sensu bestiæ inter poenas capitales primi gradus referuntur l. 11. §. 3. d. *pœn.* & *summum supplicium* vocantur à Paulo *lib. 5. rec. sent. tit. 23. §. Magica. jung. l. 21. D. d. pœn.* cum *contra summum supplicium*, ut durius quid, distinguatur a *datione ad bestias*, in l. 8. *D. ad L. Corn. de fals. & Ludus inter mediocritum delictorum* poenas referatur à Paulo *rec. sent. 5. tit. 17.* Ad bestias enim vel in ludum venatorium datis, armatis, præcipue cultro, bestiarum vim & impetum, quantum poterant, propellere, easque favente fortuna, occidere permisum erat, atque ita, reportata victoriâ, vitam aliquamdiu prorogare, vel etiam servare poterant, si tot feras confecissent, remque adeo strenue gessissent, ut populus eos *utroque pollice laudaret*, pro iisque apud *Principem* intercederet; Præses enim (v. l. 1. *D. d. offic. Praef.*) id favore populi facere non debet l. 31. *D. d. pœn.* Exemplum memorabile servi ad bestias dati, & singulari casu servati, vide apud A. Gell. l. 5. *N. A. c. 14.*

XXVI. Cum ergo certior multò, & severior sit mors *objectorum*, quam *datorum*, hinc in pari delicto liberi ad bestias dantur, servi summo supplicio afficiuntur. l. 8. *D. ad L. Corn. d. fals.* cum è contrario, quando poena ad Objectionem extenditur, honestiores capite puniantur,

tur, humiliores bestiis objiciantur. Paul. l. 5. tit. 23. pr. & §. qui hominem. l. ult. C. ad L. Fab. d. plagiar. l. 3. §. pen. D. ad L. Corn. de siccari. Ut semper in levioribus delictis ad bestias dantur, in gravioribus objiciuntur. v. l. 1. §. 3. D. de Abig. l. 9. ad L. Pomp. d. parric. l. 38. §. 2. d. pen. Invenio tamen locutionem dari ad bestias usurpatam esse pro bestiis subjici, locus est in Paul. rec. sent. lib. 5. tit. 24. Si enim consideremus gravitatem supplicii in parricidas olim constituti, ac licet post obsoleti d. loc. Pauli, tandem tamen a Constantino in l. un. C. d. his quis par. v. lib. revocati, cuivis facile patebit, cum eo haud comparari posse dationem ad bestias proprie dictam, quatenus non multum differt a datione in ludum venatorium, maxime, cum Paulus d. loc. cum dari ad bestias conjungit vel vivi exuri, jam autem vivicomburium etiam (ut re vera est) gravius objectione censemur eidem Paulo tit. præc. 23. §. magica. Confirmatur hæc sententia per d. l. 9. D. ad L. Pomp. d. parric. ubi, postquam Ictus propriam illam parricidii poenam retulisset, alioquin, addit, bestiis objiciuntur, secundum Divi Hadriani constitutionem. Alii quoque jam observarunt, ad bestias damnare in l. 6. D. ad L. Jul. pecul. pro objicere accipiendum esse; Quod confirmatur per Paul. rec. sent. d. l. 5. t. 19.

Quemadmodum autem dari aut damnari ad bestias pro bestiis objici sumitur, ita bestiis objici in §. 3. I. qb. mod. I. P. P. S. generalius dictum existimo, & ita accipiendo, ut tam ad datos latè, quam ad objectos stricte dictos referatur, in utrisque enim æqualis servitutis poenæ, de qua ibi tantummodo tractatur, est ratio: Atque hoc sensu Vinnii nota aliquo modo excusari posse videtur.

XXVII. Quinam bestiarum poena affici solebant & poterant, ex locis alleg. facile est colligere; ut plurimum autem, quod in damnatis in metallum jam observavimus, humiliores; & ideo Tyrannis vitio verum, quod honesti ordinis, & integra fama atque existimationis homines hac poena affecerint v. Suet. Calig. c. 27. & 30. & Neron. c. 12. sic & Cicero in ep. ad fam. lib. 1. ep. 32. refert de Balbo quodam, qui, inter alia scelera, hominem notissimum, quia deformis erat, bestiis objecrat, ob quod ibidem merito portentum vocatur. Si tamen gravior bestiis poena constituta sit, bestiae potius ad liberos, gravior poena ad seruos pertinet, ut jam probavi per l. 8. ff. ad L. Corn. d. fals. alioquin, qui in metallum damnari non possunt, ad illos quoque bestiarum poena non pertinet v. l. 1. & 3. D. d. Veteran. l. 3. 9. j. l. 12. C. d. pen. l. 6. §. 10. D. d. injus. rupt. test.

XXVIII. Poenam damnationis ad bestias, seu potius objectionis, Babylonis jam olim usitatam fuisse, fidem facit exemplum & locus Danielis c. 6. v. 8. 17. 25. Divus quoque Paulus Ephesi se cum bestiis pugnasse refert i Cor. 15. v. 32. qui certe miraculo ex his mortis faucibus eruptus est, ut ad d. loc. notat David. Pareus Theologus; adde Ravannell. *biblioth. sacr. in voc. Bestia.* Quanquam non desint Theologi, qui d. loc. Pauli allegoricè accipiunt, quasi vero Paulus Judæos, aliosque Ecclesiæ hostes bestias appellaverit, prior tamen explicatio, ut minus coacta, & verbis magis quadrans, à plerisque præfertur. dd. *Theol.* adde August. *Marlorat. Cathol. expos. eccl. in nov. Test. ad d. loc.* ubi satis recte de bestiis tractat.

XXIX. Libido & ardor detestandæ illius Venationis apud Romanos adeo increbuit, ut non modo spectantibus, sed ipsis quoque pugnantibus, ludus, uti nuncupatur, ita videretur; Erant enim, qui quasi in ludicrum certamen velut ludibundi operas suas pretio locabant v. l. 1. §. 6. D. d. postul. l. 4. D. d. Accus. l. 3. §. 5. D. d. testib. l. 1. §. 6. D. d. SCium Tertull. Qui tamen in poenam profligati ingenui pudoris, & posthabita famæ atque existimationis, infamia notati sunt, a postulationibus pro aliis, accusationibus, testimoniiis, & olim ex SCto Orphitiano matris hereditate prohibiti. d. ll. nisi virtutis ostendandæ causa hoc fecerint sine mercede, vel nisi operas suas locarint, ut feras venentur, vel ut depugnarent feram, qua regioni nocet, extra barenam d. l. 1. §. 6. d. postul. & ad hanc venationem referendi Impp. in un. C. d. Venat. ferar. C. quemadmodum semper spes lucri & quæstus turpitudinem rei, & atrocitatem delicti, adeoque & poenam auget v. d. l. 1. §. 6. d. post. l. 2. §. ult. D. d. his q. not. inf. l. 4. l. 6. §. 3. eod. l. 39. d. pœn. l. 10. C. ad L. Jul. d. adult. j. l. 29. §. 2. & 4. D. eod. &c.) Pii tamen Impp. hanc venandi libidinem & licentiam subinde coarctarunt. v. l. ult. C. de Fertiis l. 34. C. d. Ep. & Cler. Nov. 115. c. 3. §. 10. & summo quidem merito eam jam dum abrogassent; *Quæ enim* (ut verba Cic. l. 7. ep. ad fam. 1. mea faciam) *poteſt eſſe homini polito delectatio*, *cum aut homo imbecilis à valentissimâ bestiâ laniatur, aut præclarâ bestia venabulâ transverberatur?* Licet autem, paulatim increscente Christianâ religione, venatoria spectacula in usu esse desierint, Hispani tamen etiam hodie ab his venationibus non valde dissimiles habent suas taurorum agitationes, quæ, ut a Mauris barbaris remanserunt, totæ quantæ barbaræ sunt, Christianis certe indignæ; ubi fortior laudatur taurus, quo plures homines interemerit, & ludi celebriores ac gratiiores, quo major hominum copia iis

consumpta: Hos crudeles & lugubres ludos a Pontifice Maximo prohibitos diu non sivere Hispana ingenia: v. Perez. *ad tit. C. venat. ferar.* n. 4. illos defendere conatur Joann. Garsias *tr. d. Expens. & melior. c. 21. n. 29.* nil tamen nisi conatus. Sed quid nobis cum illis; fæviant in se, ubi nequeunt in alios.

Cæterum, in locum damnationis ad bestias, *decapitationem* naturalem successisse, testatur Marta *Digest. noviss. tom. 2. tit. Paena. c. 22.*

XXX. Dixi: *Ludum Gladiatorium.* ita proprie dicebatur locus, ubi armorum usus & peritia addiscebatur; quemadmodum *ludus* in genere vocatur locus, ubi aliquid docetur & discitur: Hoc loco ludum gladiatorum accipimus locum in Amphitheatro cellis distinctum, ubi gladiatores, vel qui tales futuri essent, faginâ ad pinguedinem usque, ut validi fortesque producerentur, alebantur, & artem gladiatoriam docebant à lanistis, qui inde *Magistri dicti.* Cic. *l. 3. d. Orat. c. 23.* hi autem, ad exemplum melioris farinæ Doctorum, de armis & pugnis, & quæ eo pertinebant, *commentabantur*, tironibusque *dicitata dabant.* Cic. *d. loc. Suet. in J. Cæs. c. 26.* De *rudibus*, quibus batuebant, de *veris versis* armis, de *comparatione*, *prælusione* sive *ventilatione*, *compositione* status; quî ad *adversarium petebant*, ejus petitiones *cavebant*, *vitabant*, seque *tegebant*, quî *vulnerato insultabatur* solenni isto *Hoc habet*, quî idem fortiter *ferrum recipere jubebatur*; de *missione*, & *pugnis sine missione*, de *rude*, (quæ ab illis *rudibus*, de quibus mox, differebat, ferulæ formam sæpe & nomen habens, quæ strenuis gladiatoriis ob egregium facinus in signum magisterij dabatur) de *Auctoratis*, (qui sponte liberaque voluntate in arenam descendebant, sive pretio, quod *auctoramentum* vocabatur, conducti; quo casu sacramento se obligare debebant, ac nisi officium facerent, exquisitissimis & servilibus poenis subjici poterant, *Uri*, *vinciri*, *ferroque necari*; sive gratis, intempestivo ostentandæ perversæ virtutis stimulo incitati, qui tamen non videntur poenis istis & legibus severis obnoxii fuisse, sed libertatem retinuisse; de talibus accipi potest, & forte debet *l. 11. C. d. inoff. test. & l. 5. ad SCtum Trebell.*) de gladiatorum *Præsidibus* Saturno, Marte, Hercule, (ut Diana venatorum) & denique de aliis, ad *Iudum gladiatorium spectantibus*, nihil dicam, quia id adeo luculenter & prolixè præstítit J. Lipsius, vir eruditissimus, Cui res Antiquaria quam plurimum debet, in libris duobus *Saturnalium*, ut ad ejus uberiorē tractationem nihil desideres. Illud hie tantum addo, quod vox *Gladiatores* singulari & rara significatio occurrat in *l. 6. ff. d. jure immun.* pro iis scil. qui gladiorum faciendorum

tiendorum peritiam profitentur, qui Græcis μάχαιροι, cum alii, quibuscum nobis res est, μορφαῖοι nuncupentur. v. Gothofred. ad d. l. 6.

XXXI. A damnatis in ludum gladiatorium differunt damnati *ad gladium* l. 6. §. 6. D. d. inj. rupt. irrit. fact. test. Qui ad gladium damnantur, inquit Paul. l. 5. rec. sent. t. 17. intra annum consumendi sunt; clarius horum differentia exprimitur in fragmento Ulpiani, quod est apud Lipsium lib. 2. saturn. c. 23. cuius verba haec adscripti: *Est autem differentia inter eos, qui ad gladium, & eos qui ad ludum damnantur; nam ad gladium damnati confessim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi, enimvero, qui in ludum damnantur, non utique consumuntur, sed etiam pilleari, & rudem accipere possunt post intervallum, si quidem post quinquennium pilleari, post triennium autem rudem iis induere permittitur.* Qui ergo ad gladium dantur, videntur dari in ludum gladiatorium (i.e. in arenam, ubi gladiatores pugnaturi convenerunt) sub hæc formâ, ut antequam aliquid faciant, quo se defendere possint, gladio consumantur i. e. (ut puto) gladiorum gladiis exponantur & objiciantur, ita enim plagiarii damnantur in l. un. C. Theod. ad L. Fab. de plagiari. &c. qui in l. ult. C. Inst. eod. simpliciter *gladio consumendi* dicuntur. Eodem forte modo, quo milites mortem meriti sæpe gladiis commilitonum necandi & fecandi objiciebantur, ut est exemplum apud Tacit. l. 1. annal. c. 44. Adeoque ad gladium hoc sensu dati a damnatis in ludum gladiatorium eodem fere modo differunt, quo bestiis objecti à datis ad bestias, sive in ludum Venatorium. Nec tamen hæc quoque significatio perpetua est, aliquando enim, similiter ut supra in bestiarum damnationibus observavimus, *ad gladium* damnari pro *in ludum gladiatorium* accipitur, ut in l. 1. pr. & §. 3. D. d. abig. ubi Hadrianus in abigeos, cum durissime puniuntur, poenam gladii praestituisse dicitur, quod rescriptum a Triboniano mutilatum, & transpositis verbis mutatum vult Cujacius lib. 13. Observ. 10. ubi id ex Licinio Ruf. collat. LL. Mosaic. & Roman. restituit. Atque hoc sensu ludus gladiatoriis recte vocatur *ludus gladii*: Quare apud Capitolium in Opilio Macrino c. 12. pro repertos ad gladium ludi deputabat, legendum videtur *ad ludum gladii*, vel, ut levior sit mutatio, *gladii ludum*; Quod egregie obseruavit Vir acutissimi ingenii ac judicii, Cl. Dn. Cornelius van Eck. Nisi forte cum Jac. Gothofredo in comment. ad l. un. Cod. Theod. ad L. Fabiam. statuendum sit, *gladium ludi* tertiam sp̄ciem pœnae gladii, seu condemnationis ad gladium fuisse, id est, ut ille ait, ad

*solutates tantum populi, non etiam ad vita periculum seu discriberet
quale in gladiis, seu ludo gladiatorio paret.* Hactenus Gothofredus: Cui
tamen an sit habenda fides, nihil ad hanc tertiam gladii poenam pro-
bandam in medium proferenti, praeter dicta Capitolini verba, meritò
dubites.

*Gladius pro ludo gladiatorio quoque accipiendus videtur in l. 25. S.
3. d. acq. hered.* Eodem sensu accipio locutionem *ad ferrum damnari*
in l. 8. S. 4. q. test. fac. quemadmodum Ulpianus *ferro depugnare*, pro
pugnare in ludo gladiatorio usus est in fragm. tit. I. §. 11. & Suetonius
ad ferrum exhibere, pro gladiatores dare dixit in *Ner. c. 12.* Quanquam
Alciatus lib. I. *Parerga v. c. 23.* *ad ferrum damnari* in d. l. 8. §. 4. pro
ad gladium damnari, sic ut gladio consumantur, accipiat.

XXXII. Est & alia poena gladii, scil. cum gladio in aliquem ani-
madvertitur, sive circumcaput amputatur l. 8. §. 1. d. *Poen. sed animadver-
ti gladio oportet, non securi &c.* inquit ibi Ictus: *Quo respiciebat An-
toninus Caracalla, cum eum, qui jussu suo Papinianum Nostrum, quod
parricidium in fratre Geta admissum excusare noluisset, in ipsius con-
spectu percusserat, sed securi, ita reprehenderet, gladio te meum jus-
sum exequi oportuit*, ut refert Spartanus in *Carac. c. 4.* add eund. in
Alex. Sever. c. 21.

XXXIII. Gladiatores, postquam variis temporibus, variis Legibus,
Decretis, ac Edictis repressi & cohibiti esent, ut ordine videre est apud
Lipf. l. 1. *Saturn. c. 12.* sublati a Constantino in l. un. C. d. *gladiat.
poen. toll.* & quidem non sine summa ratione. vid. Lipf. d. c. 12. pr. ubi
acriter hos ludos exsecratur, & cladem vastitatemque generi humano
per eos illatam deplorat.

Cujacius in *Obs. d. l. 13. c. 10.* & Hottom. *Obs. d. poen. cap. d. lud.
glad.* existimant, per haec l. un. tamen non esse sublatum ludum gladiato-
rium; sed ut videtur, non satis recte, cui enim bono ludus, subla-
tis non modo *omnino* gladiatoriis, sed & *spectaculis?* vid. Ant. Matth.
d. *Crimin. tit. d. poen. c. 1. n. 5.* Cum autem Imp. in d. l. un. genera-
liter *cruenta spectacula* damnet, & venatio ferarum in arena procul
omni dubio sit vel maxime cruenta, posset videri etiam hanc voluisse
tollere; Quicquid sit, constat etiam postea sive in usu sive in abusu fuisse
v. l. 12. C. d. *feriis l. 34. §. 1. C. de Episo. and.* quemadmodum res gla-
diatoria post d. *confit.* Constantini sub seqq. Imp. iterum irrumpens,
tandem aliquando occasione occisi Monachi, his pugnis piò quidem,
sed nimium ardenti zelō infestis, plane sublata est ab Imp. Honorio. v.
Lipf.

Lipf. d. c. 12. infin. & Cujac. ad d. l. un. C. d. glad. pen. toll. plenius Alciat. l. 2. parerg. c. 45. qui tamen hanc l. un. Constantini, quam ille tanquam sub Constantii nomine editam allegat, ad Honoriūm refert, & hac occasione latam putat, non tamen probat.

XXXIV. Hæc de peñis & condemnationibus, sive modis, quibus peñæ servitus contingit. Quæ nihil in se iniquitatis habet, modo infligatur ex delicto, quod, ni servitus hæc excogitata fuisse, morte naturali vindicandum foret, quod etiam factum fuisse, ex iis quæ haecenus dicta sunt, facile est colligere, atque si res hoc modo concipiatur, nec Theologis quidem improbatur, ita enim de eâ Amesius, lib. 3. d. Conf. o. 23. n. 3. *Perfecta servitus pena non potest jure locum babere, nisi ex delicto gravi, quod ultimum supplicium alio modo meretur; Quia libertas ex naturali estimatione proxime accedit ad vitam ipsam,* & eidem a multis præferri solet. Haecenus ille. Nobis supersunt paucis examinandi hujus servitutis effectus, qui quum varii in Juris libris occurrant, & inter eos quidam, quos servitus peñæ cum servitute hominis communes habet, quidam illi proprii; distinctim de iis, & quidem primo de communibus tractabimus.

XXXV. Primum ergo Peñæ servitus patriam potestatem tollere dicitur in §. 3. J. qb. mod. I. P. P. S. quanquam ad eam amittendam vel sola civitatis amissio sufficiat, §. 1. eod. licet enim parentum potestas, in se considerata, etiam apud alias Gentes obtinuerit, & ipsi juri naturæ & gentium originem debeat v. l. 1. §. ult. l. 2. D. d. I. & Iur. Bachov. parerg. post secund. disp. ad tit. I. d. act. contra Fluminium. nulli tamen alii sunt homines, qui tales in liberos habeant potestatem, qualem cives Romani. §. 2. I. d. pat. pot. plura de ea vid. apud Carol. Sigon. lib. 1. d. Antiq. Iur. Civ. Rom. c. 10. ejus vim & effectus cognoscere licet ex l. 11. infin. D. d. lib. & post. l. ult. C. d. patr. pot. (ad quam l. ult. v. Vinn. in comm. ad d. §. 2.) ex §. 3. I. d. cap. dim. §. 6. I. qb. mod. I. P. P. S. Gaji Inst. t. 6. §. 4. pr. j. 5. & 2. I. d. nupt. l. 20. D. ad L. Iul. d. adulst. l. 2. C. d. patr. q. fil. A. Gell. l. 5. c. 19. unde emenda l. 44. D. d. adopt. adde Wissemb. ad Inst. disp. 6. n. 9. & seqq.

XXXVI. Cum soli quoque cives Romani habeant ius connubii, §. 1. I. d. nupt. Servi autem non matrimonium, sed contubernium contrahant l. 3. C. d. incest. nupt. Suet. Vespasi o. 3. hinc peñæ servitus non tantum ius connubii tollit, sed & matrimonium antea inter cives contractum separat. l. 1. D. d. divorc. Nov. 22. c. 8. Quod tamen ad civiles

DISSERTATIO JURIDICA

civiles justarum nuptiarum effectus restringendum videtur, v. l. i. C. d. repud. l. 5. D. d. bon. damn. non ad effectus naturales extendendum, quoniam jure naturali, quo omnes homines sunt æquales, nec servitus cognita l. 4. d. Iust. & Iur. cuius juris etiam est matrimonium pr. l. d. i. N. G. & C. id quoque consistere, & effectum saltem naturalem producere potest inter eos, qui ex gentium placitis & civilibus institutis servi facti sunt, v. l. 13. §. 1. D. ad L. Iul. d. adult.

XXXVII. Testamenta originem quidem ducunt ex jure gentium & naturali ratione. v. §. 40. I. d. R. Div. l. 21. C. mand. j. l. 1. C. d. Sæcis Eccles. Jus tamen civile Romanorum eis formam dedit, v. id. I. & C. d. test. ord. tit. D. & C. q. test. fac. ut tota quanta sint, ex eo jure orta videri possint, unde non privati, sed publici juris esse dicuntur in l. 3. D. q. test. fac. Hinc quemadmodum servi in genere testamenti factionem *activam* (quantum enim ad *passivam*, ita loquuntur DD., differunt servi pœnae a reliquis, ut infra videbimus) non habent, ita, qui servi pœnae sunt, eam amittunt, l. 8. §. 4. qui test. fac. posse. & testamenta eorum ante servitutem condita statim post sententiam irrita sunt l. 6. §. 6. d. inj. rupt. irrit. &c. quod utrumque tamen limita ex l. 13. §. 2. q. test. fac. l. 6. §. 8. d. inj. rupt. &c. junct. p. D. nihil innov. app. interp. &c ex d. l. 6. §. 7. & 9. Miles vero, ex delicto militari damnatus, si id ipsi in sententia nominatum permisum sit, de bonis castrenis, & quidem jure militari, testari potest. d. l. 6. §. 6. l. 11. D. l. 13. C. d. mil. test. l. 22. §. pen. d. leg. 3. l. 32. §. 8. D. d. don. int. V. & U.

XXXVIII. Est & alias, ut videtur, communis effectus in specie l. 17. §. 6. D. ad SCt. Treb. Quidam heres institutus, & fideicommisso gravatus, ut, cui vellet ex liberis, restitueret hereditatem, servus pœnae constituitur, nullo ante concepto filio, respondet JCtus, *cum conditioni parere non posse, decessisse sine liberis videri;* liberi namque, quos postea procreat, fictione juris non videntur procreati ex eo, qui servus factus, pro nullo & mortuo habetur l. 59. inf. d. Cond. & dem. si vero post susceptos liberos in hanc servitutem inciderit, liberi simul admittendi ad fideicommisso, nec necesse habent, expectare electionem patris, quippe *quam huic dari non oportet d. l.* nec ejus mortem naturalem, quia jam civiliter mortuus est. vid. Cujac. lib. 3. Obs. 15. & Anton. Fabr. lib. 17. conject. o. 20. circ. fin.

XXXIX. Hactenus enumerati effectus utriusque servitutis, tam hominis, quam pœnae, communes, sufficient; de pluribus enim recentendis

sensis non sumus solliciti, cum namque poenæ servi veri servi sunt; plerique, quæ in servis hominum locum habent, etiam in nostris servis obtinent; Quare ad proprios & singulares servitutis poenæ effectus proprio, ut & de his pauca dicam.

XL. Servus poenæ heres institui non potest, ne quidem à milite, cum alioquin fere omnes, qui testamenti factioem non habent, à milite heredes institui possint. l. 13. §. 2. D. d. test. mil. Si autem de facto heres institutus fuerit, pro non scripto hoc haberí, docet JCtus in l. 25. §. 3. d. acq. her. Aliud juris est in servò hominis, huic enim relictâ hereditas non habetur pro non scriptâ, sed servi domino acquiritur. §. 1. I. d. her. inst. modo cum domino sit testamenti factio, §. 3. eod. l. 12. §. 2. d. leg. 1. Ulp. tit. 22. §. 9. Cum servis enim non nisi ex persona dominorum testamenti factio esse potest. dd. II. l. 1. D. d. Iur. delib. Similiter, si servo poenæ quid testamento datum vel relictum sit, pro non scripto habetur. l. 17. D. d. pœn. l. 3. de his qua pro non scr. bab. nisi alimenta relictâ fuerint. d. l. 3. & 11. d. alim. leg. horum namque causa quam maxime favorabilis est. v. t.t. ff. d. alim. leg. Idem juris est, si heres institutus vel legatarius post testamentum conditum servus poenæ factus fuerit d. l. 3. §. 1. Si is cui legatum est sub conditione, pendente ea servus poenæ factus fuerit, legatum intercidit. l. 59. §. 2. d. Cond. & dem. quasi mortuus sit legatarius. pr. d. l. servitus enim morti assimilatur. d. §. 2. qua regula, licet alias generatis esse possit v. l. 32. d. R. J. l. 1. D. d. jure delib. in casu tamen proposito ad servitutem poenæ restringenda videtur, vid. l. 209. d. R. I. qua itidem ad leg. Papiam est inscripta, adeoque de ea sola caducorum lege, & servitute poenæ, accipienda; Quod autem in d. l. 209. servitus dicatur fere mortalitati comparari, non hunc habet sensum, quasi vero ea servitus aliquando non comparetur morti, sed quod eam subire servitutem, prope sit interire naturaliter, explicante Cujacio lib. 18. obs. 13. infin. hæc enim servitus semper & per omnia morti comparatur, de aliâ servitute id etiam quidem plerumque, sed non tam vere, nec tam plene, prædicatur; (ut mox quoque alio luculentio specimine comprobatum dabimus) si namque is, cui sub conditione legatum est, interim in servitutem hominis incidat, ita pro mortuo non habebitur, sed in persona domini vivere intelligetur, adeoque legatum non intercidet, sed servi domino acquiretur, modo talis sit conditio, qua a servo impleri potest, & cum domino sit testamenti factio, ut jam monuimus.

XLI. Ratio ergo diversitatis horum omnium est, quia servi hominis habent dominum, ex cuius persona cum illis esse potest testamenti factio, servi poenæ nullum, nisi factum, i. e. Poenam, quæ cum personam non habeat, non potest servo facultatem aliquid capiendi præstare, quoniam ad id persona capax requiritur, & ideo, quamdiu servus poenæ in ea conditione est, non potest fideicommissariam libertatem sperare. *I. 24. §. 5. d. fideio. lib.* cum autem, postquam indulgentia Principis a poena liberatus est, ad fiscum tanquam ad verum dominum pertinere incipiat, (loquit de eo, qui jam erat servus, antequam in metallum vel aliter damnaretur, & sic servus poenæ fieret; *latins sup. n. v.*) quia tunc ex persona fisci cum eo testamenti factio est, fideicommissariam libertatem sperare potest. *d. I. 24. §. 5.* & si tunc heres institutus fuerit, jussu procuratoris Cæsaris adibit hereditatem. *I. 25. §. 2. d. acq. v. om. her.* Dixi, ad fiscum *tanquam ad verum dominum;* Fiscus enim, cum nihil aliud sit, quam pecunia Principis vel Reip. propria & privata, accuratè loquendo personâ caret, & non magis, quam poena, proprio verus dominus dici potest; Sed tamen ex personis administratorum ipse fiscus sæpe fictione juris pro persona habetur, unde & plurimi ipsi tribuuntur actus, qui alioquin non nisi in personam propriæ dictam cadere possunt. *v. I. 1. pr. & §. ult. I. 2. §. 1. I. 3. §. 7. 8. I. 5. I. 6. I. 7. I. 21. I. 28. I. 36. I. 41. I. 43. I. 45. §. 6. & 9. I. 46. §. 3. 4. I. 48. §. 1. D. de Iur. fff. & passim. Qui ita Poenæ non convenientiunt, nec tribui possunt.*

XLII. Singularis denique, & non exiguis effectus hujus poenæ servitutis est, quod donationem inter virum & uxorem factam confirmet, ac si mors naturalis vere fuisset subsecuta. *I. 24. C. d. don. int. V. & U.* cum è contrario, si donator servus fuerit effectus privati, non impletam, sed peremptam esse donationem, doceat I^{CT}us in *I. 32. §. 6. ff. cod.* *Quamvis,* inquit, morti servitus comparetur; Sic ut hic evidens sit exemplum, quo hæc regula, ut paulo ante monui, plenius in Poenæ, quam hominis, servitute obtinet.

XLIII. Hæc de effectibus servitutis poenæ pro instituti ratione dixisse sufficiat, maxime, cum exiguis vel nullus ejus sit usus, postquam Imp. Justinianus, libertatis fautor ac propagator sumimus, (*v. §. 2. I. qui & ex qb. cauf. pr. I. d. her. inst. §. 4. I. d. donat. I. 1. C. d. comm. serv. man. §. 3. I. d. libert. Nov. 78. c. 5. I. ult. C. d. test. man. & passim.*) eam sustulit in *Nov. 22. c. 8.* quam nov. licet, post Glossam ad *Auct. sed hodie C. d. don. int. v. & ux.* plerique *DD.*, quos interest Bachov.

Bachov. ad §. 3. l. 1. qd. mod. j. p. p. s. & ad rā ḥę̄rā tit. d. cap. min. n. 2. & in not. ad Wesemb. parat. tit. ff. qui test. fac. pos. n. 13. Wifsemb. ad d. l. 24. C. d. don. int. V. & U. Perez. ad d. tu. n. 15. & alii, restringant ad eos, qui ita sunt damnati, ut supervivant, quasi in eorum tantum gratiam servitus poenæ sublata sit, ii autem, qui ad mortem naturalem damnati sunt, etiam post d. nov. libertatem amittant: Non dubito tamen, quin tam in horum, quam in illorum gratiam servitus poenæ sublata sit, propter generalia libertati faventia Imperatoris, libertatis quam maximè studiosi, in d. nov. verba: Nullum ab initio bene natorum ex supplicio fieri servum permittimus: Neque enim mutamus nos formam liberam in servilem statum, qui jam dudum servientium manumissiores esse festinavimus. Quanquam enim propositio, adeoque & dispositio d. capit. 8. concepta sit de damnatis in metallum, id non factum est, ut excludantur alii damnati, sed quia in illis servitus poenæ quam maximè evidens est. In dissentientium argumentis refutandis non morabor. Vide Clar. Pagenstech. Irner. injur. vapul. coit. 43. ad d. auth. sed hodie.

XLIV. Quemadmodum mox nonnullos servitutis poenæ, adhuc virgentis, effectus enumeravimus, ita jam videamus, quinam sint effectus abrogatae; Sive, quo jure post abrogatam hanc servitutem carentur damnati. Quoniam itaque post Nov. 22. c. 8. poena metalli, aliæque, quibus servitus poenæ infligebatur, è secundo in tertium capitalium suppliciorum gradum, quo civitatis amissio continetur, l. 28. inf. pr. D. d. pœn. translatæ sunt, v. Ant. Matth. d. crim. l. 43. tit. 18. c. I. n. 4. infin. atque ita deportationi comparatae, earum effectus jam iidem fere sunt, qui deportationis. Sic ergo matrimonium non amplius dissolvitur. d. Nov. 22. c. 8. Autb. sed hodie C. d. don. int. V. & U. quemadmodum nec deportatione. l. 5. §. I. D. d. bon. damn. l. 13. §. I. D. l. 24. C. d. don. int. v. & ux. modo casus, in quem conjux incidit, non mutet alterius conjugis affectionem. l. 1. C. d. Repud. d. l. 5. l. 56. ff. sol. matr.

Et quoniam damnati amissâ civitate, itidem ut deportati, ad peregrinitatem rediguntur v. l. 10. §. 6. ff. d. in jus voc. l. 1. C. d. her. inst. non amplius servile contubernium, nec etiam nuptias justas, sed tales, quales peregrini, contrahunt. Sublata servitute poenæ, casus legis 17. §. 6. ad St. Treb. in servis poenæ propositus, in damnatis jam redigendus est ad normam ejus, quod Jctus in verbis præc. ibidem in deportato responderat. Idem plane dicendum de casu l. 59. §. 2. D. d. cond.

DISSERTATIO JURIDICA

C & **dem.** *j. §. 1. prae.* Donatio inter virum & uxorem non amplius per damnationem in metallum, &c. tanquam per mortem, confirmatur, sed, ut in deportatione juris, in pendentia est, donec conjugis donantis mors naturalis subsequatur. *arg. d. l. 24. C. d. don. int. v. & ux. junct. d. Nov. 22. c. 8.* vid. Clar. Voet. *ad tit. D. d. don. int. v. & ux. n. 4.*

Et in genere omnes effectus, qui antea servituti poenæ, tanquam servituti, attributi erant, post *d. nov.* vacant: Dico *tanquam servituti*, nam, qui non propriè ex servitute poenæ, sed ex sola amissione civitatis, sive peregrinitate profluunt, etiam post *d. nov.* durant; Voluti, quod condemnati æquè ac ante potestatem patriam amittant. *arg. §. 1. I. qb. mod. j. p. p. s.* & quod non magis quam antea eos heredes instituere liceat. *arg. l. 1. C. d. her. inf. l. 6. §. 2. D. eod. l. 17. d. pœn.* nec legato honorare. *dd. II. j. §. 24. I. d. Legat. l. 16. ff. d. interd. & releg.* nisi alimenta relinquantur. *d. l. 16.*

XLV. Hinc quoque damnatos, etiamsi, præter & supra servitutem poenæ, publicatio quoque bonorum, excepto solo crimine læsa Majestatis, sit sublata per *Nov. 134. c. ult.* testari tamen non posse, verius est: Quia, licet libertatem retineant, civitatem tamen perdunt, *anteriorides* autem, i. e. extores, & sine civitate, testamenti factionem non habent *l. 1. §. 2. d. leg. 3. l. 17. §. 1. d. pœn.* Publicatio autem bonorum (1) non est abrogata in favorem damnati, sed ejus cognatorum, sc. descendantium & ascendantium usque ad tertium gradum, (de collateralibus in *d. c. ult.* nil pictum aut scriptum, unde patet, Authenticam bona damnatorum *C. d. bon. prosr.* parum bonâ fide ab Authenticarum compilatore, quisquis fuerit, ex *d. nov.* descriptam, additis ex nimia liberalitate verbis, *& ex latere*) (2) nec est in totum abrogata, nam his personis, vel aliquâ earum non existente, veteres de publicatione bonorum Leges vim suam recuperant, & damnati bona fisco cedunt. *d. c. ult.* Sic uthic nullo modo locum sibi vindicare possit vulgatum illud, *Cessante ratione legis, cessat ejus dispositio;* Quippe quod tunc demum recte procedit, si vel ratio, quæ legislatorem sola movit, in universum cessat, vel, si omnes omnino cessant rationes, quæ forte ab initio plures ad legem ferendam concurrebant, singulaque per se satis validæ erant, ad talem legis dispositionem producendam; Hic autem inter plures concurrentes rationes, licet palmaria, i. e. servitus, cesset, remanent tamen reliquæ, sufficientes ad talem legis dispositionem producendam, i. e. impediendam testamenti factionem. Diss. alii, quos inter est Wesembecius *parat. ad t. ff. q. test. fac. poss. n. 13.* Ubi

Ubi Bachovius *in notis* probabilem dicit esse sententiam illorum, qui inter eas personas, quas lex ab intestato vocat, aliquam testandi facultatem putant tribuendam damnatis. *arg. l. 6. v. testandi C. d. incep. & iut. nupt.*

Quæ huic sententiæ frigidè opponi solent, vid. apud Ant. Matth. *de crim. lib. 48. tit. 18. c. 2. n. 5.* & Wissemb. *ad Inst. disp. 18. lib. 20.* adde Ampl. Huber. *pral. ad tit. I. quib. non est perm. fac. test. n. 7.* & Clar. Voet. *comm. ad. tit. ff. qui test. fac. poss. n. 39. infin.*

XLVI. Moribus hodiernis ultimo suppicio damnati testamenti factionem habent, vid. Voet. *loc. cit. n. 40.* Carpz. *Quæst. crim. part. 3. quæst. 135. n. 19. & seqq.* Leeuwen *Cens. Forens. part. 1. lib. 3. c. 3.* Brunnem. *ad l. 8. D. qui test. fac. poss. n. 5.* non tam, ut videtur, quod servitus poenæ hodie quoque non obtineat, vid. Groeneweg. *de Leg. abrog. ad §. 3. I. qb. mod. j. p. p. s.* & *ad §. 4. qb. mod. test. infirm.* Wefemb. *loc. cit. & DD. alleg.* quam quod nec civitas, nec ut plurimum bona iis admuntur, quod si fiat, certe testamenti factionem habere non videntur, per ea, quæ tradit Voet. *d. n. 40. v. qualē patrimonii publicationem &c.* & Sand. *l. 4. Decis. Fris. tit. I. defin. 2. infin.*

P A R S A L T E R A;

DE POENA SERVITUTIS.

Quemadmodum in præcedentibus egimus de servitute, quæ occasione & ex natura poenæ, cui destinabatur reus, infligebatur, ut poena cum effectu imponi posset, saltem si respiciamus originem; Ita hic dicendum de servitute, quæ per modum poenæ infligitur, sive potius ipsissima poena est; Hæc enim inter suppicia Romanis usitata locum quoque sibi vindicat; Quod tamen non ita est intelligendum, quasi vero passim ex quibuscumque delictis hæc poena inflicta fuerit, aut pro arbitrio judicis infligi potuerit, nam tantum certis quibusdam, à Lege definitis, hæc servitutis poena præstituta reperitur; In quibus breviter illustrandis & exponendis operam collocare sedet.

I. Primum delictum, cui poena servitutis proposita, erat vilissima & turpissima liberæ mulieris cum alieno servolibido, ob quam ex SCto Claudio libertatem amittebat, & cum libertate substantiam, servique domino in servitutem addicebatur. *vid. tit. I. d. success. subl.* Hujus

SCti etiam apud alios Auctores fit mentio, qui tamen in fide histori-
cā parum convenire videntur; A Suetonio enim ad Vespasianum re-
fertur, in ejus vita c. 11. à Tacitō autem Claudio tribuitur lib. 12.
Ann. c. 53. Verum enim verò non est irreconciliabilis horum aucto-
rum dissensus: Dicendum enim, vel hoc SCtum secundum Tacitum
Imp. Claudio, tum forte simul Consuli, originem debere, sed ingra-
vescente mulierum luxu, & optimam legis dispositionem derisui ha-
bente, sub Vespasiano fuisse repetitum, sic ut ille hujus SCti contem-
ti & aboliti renovator extiterit; ita fere Hottom. tr. d. *senatus & SCtis*
c. 9. Vel cum P. Fabro lib. 2. *semest. c. 25.* hi loci ita sunt conciliandi;
quod Claudius Imp., & fortasse simul Consul, hac de re ad Patres Con-
scriptos retulerit; Vespasianus vero, tunc temporis Senator, hanc rela-
tionem sententiā suā *suaserit*, & *Auctor fuerit senatui decernendi &c.*
Suet. d. loc. atque ita SCtum in ejus sententiam factum fuerit, no-
men tamen Consulis, simulque Cæsaris, referentis gerens; Quan-
quam Hottom. d. loc. hujus SCti nomen non Imperatori, sed ejus li-
berto Claudio Pallanti tribuendum putat, quia illius SCti *repertor* me-
moratur Tacit. d. loc. sed, ut videtur, parum recte. Similis plane
inter hos Auctores dissidii, eadem ratione componendi, exemplum
occurrit in SCto Macedoniano, de quo Suetonius in *Vesp.* d. c. 11. &
Tacitus 11. *annal. c. 13.* Vid. Clar. Eckii *princip. Jur. Civ. ad iur. ff. d.*
SCto Maced. n. 3. & 4. Imo & sèpius, quæ a præcedentibus Princi-
pibus aut constituta, aut rescripta erant, à Successoribus repetita in-
veniuntur. v. l. 14. D. d. offic. Praef. j. l. 9. §. 2. ad l. Pomp. d. parric. Vid.
laud. Dn. Cornel. van Eck in d. princ. ad tit. D. de Orig. Jur. n. 50. &
Menag. aman. Jur. Civ. c. 31. Cæterum notandum est, in SCto Clau-
diano illam vel similem adhibitam fictionem, cuius in servitute pœnæ
meminimus, quasi mulier volens lubensque se in servitutem dedisset,
sic enim colligere licet ex d. loc. Taciti, *Statuiturque*, inquit, *ut ignaro*
domino ad id prolapsa in servitutem sui consensisset, i.e. consensisse videre-
tur, & fingeretur. Quod vero Tacitus *de ignaro Domino* ait, cum gra-
no salis accipendum est, licet enim Suetonius & ipse Justinianus *lo-*
cis cit. indistinctè loquantur, quoniam tamen in aliis juris locis *denun-*
tiationis, vel *denuntiationum* mentio fit, non videtur mulier, si non
ex ipsius SCti verbis, saltem ex interpretatione JCtorum, statim post
foedam conjunctionem servi domino fuisse addicta, nisi is ante denun-
tiaverit v. l. un. C. d. SCto Claud. toll. Ulp. tit. 11. §. 11. l. 27. D. depof.
& quidem ter l. 4. C. Theod. d. SGto Claud. adde l. 7. eod. tit. & Cod.

præterea, cum in l. 3. C. *Jus. de murileg.* (11.7.) requiratur *denuntiatio solennis*, & in l. 7. eod. *legitima conventio*, standum videtur antiquæ interpretationi, quæ deficieni *legi* 2. C. *Theod. de liberal. caus.* subiecta est, & requirit, ut denunciatio tertio fiat, *septem testibus civibus Romanis præsentibus*. Hæc libidinis poena, forte iis temporibus, *cum*, multis personis *graffantibus*, *exemplo opus fuerit* l. 16. §. ult. d. *pæn.* necessaria, temporum tamen suorum castitati, sexusque imbecillitati minime conveniens Justiniano, ut erat ejus amantissimus, visa fuit, quapropter eam abrogavit in l. un. C. d. *SCto Claud. toll.* quâ nihil præter dissolutionem detestandæ illius conjunctionis, & correctionem servi permisit. Hæc ita in conjunctione cum servo alieno. Graviori longè poena tum homo, tum mulier, quæ se cum proprio commiscuit servo, afficitur. vid. l. un. C. d. *mul. qua se prop. serv. junx.* Vir, qui se ancillæ, sive alienæ, sive propriæ conjunxit, nullam legis poenam subit; Primo enim casu, *licet ei fuerit denuntiatum, ut se abstineret,* *servus domini mulieris non fit.* l. 3. C. d. *liber. caus.* adde l. 9. C. *Comm. de success.* Secundo casu, conjunction illa subsistit, & mulier concubinæ loco est, ancilla tamen manens, & liberi inde procreati simul servi & filii naturales v. l. 8. D. d. *pign. & hyp.* l. 33. D. ad l. *Aquil.*

II. Quemadmodum proximè exposita servitutis poena inficta fuit ob fictitium in servitutem consensum, qui ex delicto præsumebatur, & colligebatur, ita in jam exponendâ verus consensus ipsum delictum est. Si enim liber homo se venundari passus fuerit, servitutem, quam propriâ liberâque voluntate, & vero consensu amplexus est, servire cogitur. v. §. 4. I. d. *Iure pers. l. 5. D. de stat. hom.* Cum enim libertas sit res inæstimabilis, §. 7. I. qui & ex quib. caus. l. 176. §. 1. d. R. I. arg. l. 3. si quadr. paup. fec. dic. l. ult. d. bis qui dej. v. effud., cuius adipiscenda quasi interdictum, quemadmodum servos obsequiis mereri decet, ita quoque liberos homines ejus *retinenda* interdictum moribus suis consequi oportet; Jure merito Leges severitatis (modo sic appellari debet) gladium strinxerunt in eos, qui, spredo illo omnibus optando naturæ dono, collusione cum improbo mangone factâ, ob vile quoddam pretium se in servitutem, *malorum*, (ut ait Cic. z. Phil. 44.) *omnium postremum*, tradunt; Talibus ergo omnis ad libertatem proclamandi via est præcisa v. l. 1. & 3. D. qb. ad lib. procl. non lic. nec interdicto recuperanda libertatis, quam semel pretio dehonestare prælumpferunt, experiri licet, v. l. 2. pr. ff. si ingen. esse dic. (ubi tamen vid. exceptionem) nec in integrum restitutione juvantur, quoniam res neo capit *restitutionem*,

DISSERTATIO JURIDICA

cum statum mutat. l. 9. §. 4. D. d. minor. Ceterum servitus ex hac causa non nisi concurrentibus hisce requisitis injungitur: Scil. ut is, qui venit, sit major 20. annis d. §. 4. I. d. I. pers. j. l. 1. §. 1. quib. ad lib. procl. non lic. liber & sui juris; (patris enim potestati subjectus, huic invito jus suum auferre non potest, sed pater filium *ex Iure Romano*, vel *ex Lege Quiritium* vindicare potest l. 1. §. 2. d. R. Vind.) non ignarus conditionis suæ l. 14. D. d. liber. caus. se vendi paſlus fuerit dd. ll. (qui enim invitus abductus & venditus est, natales etiam post hunc casum retinet, & vendor plagi tenetur. l. 12. C. d. ingen. man. l. 2. C. ubi d. crim. ag. opere. l. 1. D. ad L. Fab. d. plag.) emptori ignorantis l. 7. §. 2. D. d. lib. caus. (quia difficile dignosci potest liber homo a servo l. 5. D. d. contr. Empt.) si vero sciens quis liberum hominem emit, capitale crimen aduersus eum ex Lege Fabia de plagio nascitur. d. l. 1. ad L. Fab. l. pen. §. 2. cod. vid. Cujac. parat. ad tit. C. ad Leg. Fab. d. plag. & tandem, ut vere partem pretii acceperit. l. 1. D. quib. ad lib. procl. non lic. l. 2. si ingen. esse dic. Hæc ita in paganis: Miles vero, si in servitutem se venire passus est, (quod tamen etiam post annum 20. intelligo) capite puniendus dicitur in l. 14. D. d. pœn. Leges Hebræorum judiciales non adeo severè cum hoc hominum genere egerunt, quippe si Hebræus Hebræo se vendidisset, sex eum annis servire, septimo liberum, ac domini opibus oneratum, gratis dimitti jussérunt. v. Deut. 15. 12. Exod. 21. 2. adde Levit. 25. 39.

III. Nihil magis internæ Justitiæ conveniens est, quam accepta beneficia gratis animis, officiisque rependere, nec ullum vitium ingrato animo pejus aut detestabilius, *Ab eo omnia sunt vitia*, inquit Sen. l. 1. benef. c. 10. & sine eo nullum magnum facinus accrevit. & Aufoniusr, *Ingrato homine terra nihil pejus creat*. Ac licet idem Sen. lib. 4. c. 17. hnic uni rei non positam legem dicat, *tangam natura satis ca-
visset*, add. lib. 3. c. 6. atque hinc obligatio ad virtutem in jure sit na-
turalis inefficax, in solius honestatis æquitatisque terminis subsistens,
v. l. 25. §. 11. D. d. pet. her. & beneficia nemo in Calendario scribat, teste
eodem Sen. l. 1. c. 4. item, *turpissima sit vox in beneficio*, REDDE, l. 3.
c. 4. plurima tamen, tum in Jure, tum alibi, non modo exactæ gra-
titudinis, sed & punitæ ingratitudinis dantur exempla. v. l. un. C. d.
ingrat. lib. l. 7. 9. ult. C. d. revoc. don. Nov. 22. c. 26. §. 1. c. 35. & 36. circ.
fin. l. 30. C. d. Inoff. test. Nov. 115. c. 3. & 4. Lib. 2. feud. tit. 57. Senec. l. 4.
d. ben. c. 37. Nullum vero evidenter est punitæ ingratitudinis ex-
emplum, nec etiam gravius, nisi ubi *Manumissus ingratus circa patre-*

*num suum extiterit, & quadam jaſtaniā vel contumaciā cervicem aduersas eum erexerit, ut est in l. 3. C. d. libert. & eor. lib. id enim adeo grave crimen putarunt legislatores, ut servitute vindicarint, patronoque potestatem dederint, ingratum in servitutem, unde beneficio ejus semel liber evaserat, revocandi. v. §. 4. I. d. capit. min. Nov. 78. c. 2. l. 2. & tot. t. C. d. lib. & eor. lib. Quanto majus enim beneficium, tanto major ad gratitudinem obligatio, & sanctior debet esse officiorum praestandorum necessitas, neglectorumque pœna; Libertus quippe Patrono vitam, v. l. 1. §. 1. D. d. his qui sunt sui v. al. jur. caput, v. l. 3. infin. d. cap. min. imo quod homo sit, v. l. 2. §. 2. ad L. Aquil. adeoque omnia debet. Vid. & Suet. in Claud. c. 25. ubi Beroaldus hæc habet patroni in libertum verba: *Superfædo te habere civem, tam munera impium affi- maorem; Abi igitur, & esto servus, quoniam liber esse nescivisti.* adde Aërod. Rer. judicat. Pand. lib. 5. tit. 12. c. 1. Quousque hæc ingrati actio producta sit v. in d. tit. Cod. d. lib. & eor. lib. Num hoc in servitutem revocandi jus patronis jam jure ff. competitierit, vid. apud Bachov. ad prim. part. ff. tit. d. stat. hom. cap. de mod. qb. constit. serv. n. 4.*

IV. Pœnam ergo servitutis inustam videmus ob neglecta liberti causa patronum obsequia, in seqq. autem duobus exemplis referemus, qui eadem pœna in malos Reip. cives, itidem ob neglecta debita Patriæ, communī omnium nutrici ac patronæ, officia, fuerit constituta. Quanta fuit Romanis cura militiæ! quantus ardor & ordo! devictarum gentium & regionum, & partorum triumphorum, quos pene tot quot annos numerant, quibusque *terrarum domini* facti, multitudo id ex antiquis monumentis satis abunde ostendit, quod post Polybium, Vegetium, aliosque, Lipsius in tr. d. mil. Rom. docet, ut vere milites non facti, sed nati dicantur, meritoque *Martia Roma*, & *Gens bellicosa* nuncupetur. Quæ cum ita sint, cuivis facile persuasum erit, quantâ severitate, quantoque rigore prosecuti fuerint eos, qui nomen militiæ dare detrectabant, & ad dilectum non respondebant, hos namque tanquam libertatis proditores in servitutem redegerunt v. l. 4. §. 10. D. d. Re mil. ubi *pœna capitii* nihil aliud est, quam pœna amissionis status, sive ipsa pœna servitutis; eodem sensu hæc locutio explicanda est in l. 12. §. 4. D. d. accusat. v. §. 4. I. d. cap. dimin. Variis quoque aliis pœnis pro te nata affecti sunt, qui, citati aut præsentes filerent, nec ad nomen responderent, aut per contumaciam absentes essent, quas ordine recenset Lipsius d. tract. dial. 4. ubi postquam de vinculis, & torto collō, virgis &c. præmiserat, ita pergit: *Atque illi (Va-*

DISSERTATIO JURIDICA

Ierius & Fabius Coss.) eos, qui non parebant, si ipsos ducere non poterant, absentes scil., in bonis damno afficiebant: Qui prædia agrosque habebant, excidebant, dejiciebant, qui in conducto habitabant, eorum agebant ferebantque supellestilem, boves, pecora, jumenta, & instrumentum omne rusticum. Quo referendus, quod επαγόδω addo, JCtus in l. 20. D. comm. div. cum ait, si is, cum quo fundum communem habes, ad delictum (l. omnino dilectum) non respondit, & ob id motu (i. e. justa indignatione, & ira, v. l. 12. C. d. off. Reft. Prov. l. 14. C. d. testib.) Judicis, villa diruta est, aut arbusta succisa sunt, præstabitur tibi detrimentum communii dividendo judicio. &c. redeamus jam ad Lipsium. imo vero interdum extrema pena affecti, & morte civili, id est venundati in servitutem. quod confirmat Exemplo M. Curii Cos. ex Val. Max. lib. 6. c. 3. exempl. 4. Hæc ad illustrationem d. l. 4. §. 10. d. Remil. Cæterum etiam in hac servitute infligenda, ob rationem, quam ex Cic. pro dom. c. 29. in priori parte retulimus, observatam & adhibitam fuisse fictionem, apertis verbis docet idem Cic. pro Cæcinn. c. 34. Ubi ait, *Populus, cum eum vendidit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed JUDICAT, EUM NON ESSE LIBERUM*, qui ut liber sit, adire periculum noluit. Quanquam Ciceronem hæc captiosè potius, quam verè dicere, inquit Siganus lib. 3. d. Judic. c. 3. has tamen similesque fictiones in hoc aliisque servitutem imponendi modis & poenis vere usurpatas fuisse, tum ex hac tenus allatis exemplis cuivis satis probatum puto, tum alio insuper exemplo mox confirmabitur. Cum hoc ignavorum hominum genere æquo jure censiti sunt illi, qui se, suosve, ad militiam inhabiles ut essent, aliquâ corporis parte debilitabant, ac præcipue pollice truncabant: Qui in talen animadverterit Augustus, audiamus ex Suetonio in ejus vita c. 24. Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causâ detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum bonaque subjecit hasta. Poena turpi hominis ignaviae conveniens. Alibi tamen aliter tales punitos legimus; Veluti deportatione in l. 4. §. 12. D. de Re mil. publicatione bonorum, & eternis vinculis apud Val. Max. lib. 6. c. 3. Exempl. 3. Curialibus muneribus & obsequiis in l. 1. C. Theod. d. fil. milit. apparit. l. 7. eod. Etiam ulricibus flammis in l. 5. C. Theod. d. Tironib. Plura satis amœna de hoc genere hominum, pollice truncorum, unde nonnulli Gallicum poltron dedicunt, reperiri possunt apud Menag. amœn. Iur. Civ. c. 3.

V. Validum quidem est Reip. fulcrum, magnam habere bene exercitatorum, & ordinatorum militum copiam; sed non minor salus in

in eo sita est, quod suas ipsa exploratas habeat vires, sciatque, *quid valeant humeri, quid ferre recusent*; quod Romani, sagò non magis fortis, quam togâ prudentes, probè cognitum habuerunt, eumque in finem usi sunt Censu, quo singuli cives, sacramento adacti, familiarium suorum numerum, & ætatem, fortunarumque suarum accuratam descriptionem, ac estimationem profiteri debebant: Servii Tullii sexti Regis instituto originem debet, quod referunt, & prædicant Livius *l. 1. c. 42.* & Florus *l. 1. c. 6.* & ab ipso quoque Rege aëtus fuit Liv. *d. loc.* insequentibus vero temporibus, id curæ mandatum Consulibus, Dictatoribusve, post deinde Censoribus, propriis huic rei dicatis Magistratibus, qui singulis plerumque quinquenniis censum agebant, universumque populum sueovetaurilibus lustrabant, atque ita *lustrum* condebant, unde *lustrum* pro quinquennii spatio paſſim sumitur v. *l. 3. §. 6. D. d. Iur. fisc. l. 4. §. 1. d. Reb. Cred. l. 30. §. 1. d. Leg. 3. l. 7. pr. C. d. prascr. 30. vel 40. annor. l. 13. §. 11. j. l. 24. §. 2. loc. cond. l. 67. §. 5. defurt.*

Quia vero, ut jam incepit dicere, hæc res non minus salubris est benè constitutæ Reip., quam dilectus militum, est enim ejus quasi fundamentum, ita quoque non minor ejus negligētæ pœna esse debuit, de qua tamen nihil Livius nec Florus *d. locis.* Licet enim Livius *c. 44. ejusd. lib.* faciat mentionem *legis de incensis latæ*, quānam tamen ejus sententia sanctiove fuerit, non docet, nam, quod statim de *Vinculorum, mortisque minis subjicit*, id non tam ad incensos pertinere videtur, quām quidem ad eos, qui, cum post censem jam perfectum in campo Martio prima luce adesse jussi essent, non venirent, ut ex ipso loco apparet. Quod autem eadem fuerit pœna incensorum, quæ militiam detrectantium, docet Dionys. Halicarn. *lib. 4. pag. 221.* (edit. Lips. fol.) *Ei*, inquit, *qui censum neglexisset, pœna propoſita, ut, bonis in fiscum redactis, virgis cæsus sub hastâ veniret.* idem docet Ulpian. in fragm. *tit. 11. §. 11.* *Censum* autem *negligere, vel incensus* esse dicitur non modo is, qui plane non, sed & qui male patrimonium profesus est. vid. Gronov. *not. ad Grot. d. I. B. at P. lib. 2. c. 5. §. ult.* quemadmodum perpetuâ fictione juris pro eodem habetur, parique jure censetur, *aliquid non facere, & non recte facere.* vid. *l. 6. D. qui satisd. cog. l. 2. d. auct. tut. l. 2. §. 1. qui pet. tut. l. 2. §. 32. ad Sct. Tertull. l. 1. §. 5. 6. & ult. d. Magistr. conv. §. 3. I. d. exber. lib. §. 12. J. d. hered. qua ab int. l. 4. C. d. Legit. hered.* Notanda hic iterum venit eadem vel similis fictio, quam in servitute infligenda usitatissimam, ac necessariam fuisse, jam aliquoties animadvertisimus; Extat autem a-

DISSERTATIO JURIDICA

apud Cic. d. c. 34. pro Cacinn. his verbis: *Cum autem incensum vendit (populus) hoc judicat, cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, cum, qui, cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.* Quamgrave, quamque invisum fuerit fraudati census crimen, præterea cognoscere licet ex l. i. C. d. Quæst. & l. 53. D. d. Iudic. j. l. i. §. 16. D. de quæst. & l. 20. C. d. his qui accus. non pos. Quæ, qui, à quibus, apud Censores edenda sint, v. apud Ulpian. in l. 3. & 4. D. de Censib. Plura de Jure census vid. apud Sigon. lib. i. de ant. jur. civ. Rom. c. 14. & Onuphr. Panvin. lib. de civit. Rom. c. 52. Census, ut hoc addam, uti adimit, ita dat libertatem: Quemadmodum namque cives incensi fiebant servi; ita servi, permisso dominorum censiti, libertatem consequerantur. v. Ulp. fragm. tit. i. §. 8. [Cic. in Topic. c. 2. inf. & d. loc. pro Cœ. quemadmodum & peregrini civitatem. Carol. Sigon. d. c. 14. & ejusd. lib.

VI. Atque hæc sunt delicta, in quæ servitus tanquam poena ordinaria statuta fuit; unde tamen minime inferendum, quasi vero poena servitutis nunquam in aliis delictis locum habuerit, nam etiam ob alia, saltem tanquam extraordinaria poena, inflicta legitur. vid. Liv. l. 26. c. 47. Suet. in Claud. c. 25. Apud alias quoque Gentes, præter Romanos, poena servitutis in usu fuit. v. Genes. 43: 18. & 44: 9. 16. 17. 33. Exod. 22: 3. Josephi Antiq. Ind. lib. 16. c. 1. Grot. d. Iur. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 32. & ejusd. not. de quibus tamen plura dicere, non patitur instituti ratio. Apud ipsos autem Romanos aliquando & in aliis casibus servitus injuncta fuit, non quidem tanquam poena ex delicto, sed quæ inopiam velut causam habebat, ut per hanc vel angustia rei familiaris sublevaretur, vel alteri, qui alioquin damnum passurus eslet, per servitutem alterius subveniretur, cuius rei duo sunt exempla, quæ, quam paucissimis potero, exponam.

VII. Primum est in servitute inopis Debitoris, qui Creditori suo pro debito servire cogebatur, ut (quod bonis non poterat) operis, vel saltem pretiō, ex ejus distractione redactō, creditor aliquantulum damnum resarciret, quod ejus inopiā passus passurusve esset: Hæc enim servitus non tam ad poenam debitoris, quam ut creditoris dispendio succurreretur, introducta, & quidem ex ipsa Lege xii. Tabb., cuius in hanc rem verba legi possunt apud A. Gellium lib. 20. not. Att. c. 1. Multa hac de re congerere, non est animus; Illud tantum addo, quod hujus legis verba de *pénis capitīs*, & *secundis partibus*, licet haec tenus plerique, tum Veteres d. loc. Gell. tum Recentiores ita expliquerint,

euerint, quasi vero Decemviri hac lege pluribus creditoribus permisent, miseri debitoris corpus in partes secare & dilacerare, alio longè humaniori sensu nuperrimè donavit vir Amplissimus Cornel. van Bynckershoek in *Observ. jur. Rom. lib. I. c. I. capit. pœnas de sortis usuris*, (unde nostratum *capitael*) explicans, (*pœna* autem nomine sæpe usuras designari, evincunt *I. 40. D. d. rōb. Cred. I. 15. C. d. usur. I. 10. D. d. eò quod cert. loc. I. 90. d. V. O. v. I. 2. §. ult. I. 17. §. 3. infin. D. d. usur.) partes secure vero accipiens pro vendere in *auctiōne publica*, quæ *sectio* dicebatur, ut, quod ex ea venditione redactum esset, *secaretur*, i. e. divideretur inter plures creditores, eodem sensu, quo *distrahere* pro vendere usurpari, notissimum est. Cum autem creditores & fœneratores hanc potestatem, sibi à lege datam, impotenter & immoderatè exerceant, & miseros debitores *non in servitium*, (ut ait Livius) *sed in ergastulum & carnificinam* ducerent, multis seditionibus & intestinis discordiis materiam uberrimam præbuerunt, (unde hanc quoque causam prætexunt Catilinæ socii apud Sallust. c. 33.) quarum occasione sæpius creditorum scæva sævitia coercita, & flebilis debitorum status sublevatus fuit, ut ex Livio, Val. Maximo, & aliis, docent Car. Sigon. I. I. A. I. C. R. c. 6. vers. quartum genus. Pollet. Hist. for. Rom. I. 5. c. 18. vid. præfertim Hottom. Quæst. Illustr. 26. Creditorum tamen improbitate semper saluberrimas Leges vincente, Imp. Diocl. & Maxim. etiam suo tempore, longo intervallo, huic legum derisui mederi necesse habuerunt constitutione suâ, quæ est *I. 12. Cod. d. Obl. & Aet.* ubi ob *as alienum servire liberos creditoribus* prohibent, quæ verba vel in genere de quibusvis liberis hominibus accipere possumus, vel in specie de *liberis*, i. e. filiis debitoris, (hos enim tunc temporis pro parentis debito retinere solebant) quo sensu cum *b. I. 12. conjunge I. ult. D. qua res pign. ubi Creditor, qui sciens filium fam. a patre pignori accepit, relegari dicitur; Cum autem nondum desistret fœneratorum audacia, Imp. Justinianus tandem constitutionem in eos emisit, quæ extat in *Nov. 134. c. 7.* quâ d. legem 12. confirmavit & corroboravit, addita hac sanctione, *ut Creditor, qui filium debitoris præsumpsit retinere in servile ministerium, non solum debito cedat, sed & tantam aliam quantitatem adjiciat, dandam ei, qui retentus est, aut parentibus ejus, & post hoc etiam corporalibus pœnis subdatur à loci judice.* Hunc morem filios debitorum pro debito paterno in servitatem trahendi etiam apud Hebræos obtinuisse, fidem faciunt 2 Reg. 4: 1. Matth. 5: v. 25, & 18: v. 15. Apud Saxones etiam hodie receptum**

DISSERTATIO JURIDICA

esse, ut debitor obæratus servus quodammodo creditoris efficiatur, qui cum in compedibus tantisper detinere potest, donec operis & servi-
tiis debitum solvat, testantur Andr. Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 2. n. 23.*
Coler. d. process. execut. part. 1. c. 6. n. 125. & segg. Zanger. *d. Except.*
part. 3. c. 1. n. 143. Idem de Hispaniæ moribus Gomef. *lib. 2. resol. 11.*
n. 52. & Covarruv. *lib. 2. var. resol. c. 1. n. 5.* Vid. Wissemb. *ad d. l.*
12. C. d. obl. & att. Jure quoque Lubecensi approbari istam debito-
ris obærati in manus creditoris adjudicationem, constat ex *artic. 1. Jur.*
Lubec. lib. 1. tit. 3. ubi v. David. Mev. *comment.* præsertim *n. 85.* &
segg.

VIII. Alterum exemplum est in *l. 2. C. d. patr. q. fil. disfr.* Ubi Imp. Con-
stantinus patribus propter nimiam egestatem paupertatemque filium filiam-
ve sanguinolentos in servitutem vendere permittit. Cujus constitutionis,
quæ prima fronte satis dura videtur, licet revera non sit, occasio &
origo repetenda ex priscâ immani illâ & inhumana infantium exposi-
tione; cuius vestigia & monumenta passim in Veterum scriptis obvia-
dantur. vid. Terent. in *Andr. 1. 3. 14.* & *4. 4. 5.* in *Hecyr. 4. 4.* Plaut.
in prolog. Casin. v. 4. Suet. in *Claud. c. 27.* *l. 29.* *D. d. man. test. l. 16. C.*
d. Nupt. hinc frequens illa contraria locutio, tollere liberos. *dd. II. l. 6.*
pr. & *§. 1. D. d. Jur. patron. l. 92. d. acq. v. omitt. hered.* Exempl. in
Liv. l. 1. c. 5. Flor. *l. 1. c. 1.* Ælian. *Var. histor. l. 12. c. 42.* & *l. 13. c. 1.*
rem omni dubio exemptam videre licet apud Lips. *centur. 1. ad Belgas*
epist. 85. (cui deterrimæ consuetudini obviam ire voluit Constantinus,
permittens potius liberos certo & noto alicui vendere, ut, si forte de-
inceps benigniorem fortunam nacti essent, possent non modo a servi-
tute redimi, sed & in *ingenuitatem* pristinam repeti, in *d. l. 2. j. pr. I.*
d. ingen. l. 1. 2. & segg. *D. d. ingen. manum.* quam incertæ præ-
tereuntium misericordiæ, saepe ferarum rabiei, exponere: Quia au-
tem etiam ipsa expositio antiquitùs non nisi in infantibus recens natis,
& sanguine adhuc menstruo madidis, fieri poterat; Si enim semel a
terra, in quam ante patris pedes, quam primum editi essent, depo-
nebantur, (quo refer *l. 3. C. d. post hered. instit.* Suet. in *Aug. c. 5.*
infir. Neron. c. 6. pr.) essent patris iussu sublati, non poterant dein-
ceps exponi, atque ita jure, sibi per susceptionem in familia & edu-
catione paterna quæsito, sine suo facto privari; Hinc est, quod Con-
stantinus in *d. l. 2.* etiam in venditione requirat liberos *sanguinolentos*,
(i.e. ut ait Juven. *Sat. 7. v. 195.*

*Modo primos incipientes**Edere vagitus, & adhuc a maire rubentes.)*

Ita enim in d. l. 2. legendum esse, quicquid in contrarium disputent. Wiflemb. ad h. l. Bachov. lib. 2. d. pign. & hyp. c. 12. n. 4. præter alia probatur arg. inscr. tit. C. d. inf. expos. & d. his q. sanguinolentos nutr. accep. & tit. C. Theod. eod. vid. Cujac. ad Paul. rec. sent. l. 5. tit. 11. §. 1. & Alciat. l. 2. d. V. S. n. 59. pluribus hanc lectionem defendit Ampliss. Huberus lib. 2. digress. c. 5.

IX. His duobus servitutis, ex inopia contingentis, exemplis addi potest tertia servitutis, sive quasi servitutis species; scil. ejus, qui, per alium ab hostibus redemptus, in ære non habet, unde λύτρον solvat, in cuius compensationem & remunerationem Redemptori *laboris obsequio, & opere quinquennii vicem beneficij referre cogitur*. l. ult. C. d. postl. reversi. Quanquam, nihil obstante hac operarum obligatione, aut nexus tacita & legalis hypothecæ, quo redemptori obstrictus est, v. l. 15. D. d. captiv. & postl. l. 43. §. ult. d. leg. i. magis in causam pignoris constitutus, quam in servitutem detrusus esse videatur. l. 2. C. d. postl. rev. l. 20. §. i. D. qui test. fac. libertatem etenim, si in ea natus sit, in columem retinet d. l. ult. sic ut potius *in servitute esse, & servire, quam servus esse*, dici possit: Sicut namque aliud est, possidere, aliud, *in possessione esse* v. §. 5. Inst. d. interd. l. 10. §. i. de acq. poss. & aliud est, liberum esse, &c, esse vel morari in libertate. vid. l. 7. §. 5. l. 10. D. d. liber. caus. l. 12. pr. §. 1. 2. 3. & 4. l. 28. eod. l. 2. C. d. sentent. & interl. l. 4. C. d. fideic. libert. l. 1. C. d. adser. toll. ita aliud est, servum esse, aliud, esse in servitute, vel in possessione servitutis. v. §. 1. J. d. ingen. l. 27. §. 8. D. ad L. Iul. d. adult. l. 11. & 12. D. ex quib. causa maj. l. 1. D. d. liber. caus.

X. Sed manum de tabula. Hæc namque tum de pena servitutis, tum de servitute ex inopia sufficiunt. Antequam autem rivos claudamus, coronidis loco adjicimus, *Servitutem communi ferè orbis Europei consensu oblitteratam esse, sed sine ratione,* (modo absit abusus) *cum nec Divino, nec Naturali, nec Gentium juri sit contraria, utilitati autem publica convenientissima.* Verba sunt Clar. Dn. Corn. van Eck, Prof. & Præc. Venerandi, (Cui, quicquid sit, quod in jure valeo, lubens meritòque acceptum fero, quo nomine mihi, dum fata sinent, gratulabor) in princ. *Iur. Civ.* tit. d. stat. hom. §. 13. add. Groenew. ad tit. I. d. his q. sunt sui vel. al. jur. & Huber. pral. ad tit. I. d. jure pers. n. 6. & de *Iure Civit.* lib. 2. sect. 1. c. 6. n. 26. & seqq. Bugnyon.

LL. abrog. lib. I. Satyr. 1. & ibi addit. sic ut , qui servi ex Indiis aut aliunde huc advecti , statim ac fines nostros attigerint , ad libertatem proclamare possint. Hub. d. loc. n. 29. & Groenew. *ibid. n. 3.* & DD. alleg. In captos tamen Turcas, aliquosque barbaros , nos priscæ servitutis jure uti posse , ex lege talionis , & regulâ, quod quisque juris in alterum statuerit , ut ipse eodem utatur, DD. tradunt , vid. Feltman. tr. de jure in re & ad rem c. 5. n. 6. & 7. Gudel. de jure nov. l. I. c. 4. vers. attamen. Perez. ad tit. C. d. nud. jur. Quir. toll. n. 3. & 4. & Clar. Voet. ad tit. ff. de stat. hom. n. 3. Qui ab Ordinibus foederati Belgii cautum refert , in talibus vigere debere latas de servis civiles.

Quanquam autem servitus in his terris ita plane exoleverit , servorum tamē umbras & vestigia , his temporibus , in nonnullis locis ac regionibus , ipsis etiam Gelriæ ac Zutphaniæ partibus , reliqua esse in hominibus , quos Galli gens de main morte , homines manus mortua vid. Grot. d. I. B. ac P. I. 2. c. 5. §. 30. & ibi Gronov. Germani Eygenhoirige , proprios , Nostrates variis aliis nominibus nostro idiomate nuncupant , testantur , qui de his plenâ manu tractant , Fred. à Sande comment. in consuet. Gelr. fendl. tract. pralim. c. 1. n. 28. & seqq. & c. 2. & Lamb. Goris adversar. tract. 3. part. I. c. 13. per tot. adde Vinn. ad pr. I. d. jure pers. n. 3. & Clar. Voet. d. loc. & plures *ibid. alleg. DD.* Horum conditio non est dissimilis ab Adscriptitorum glebæ apud Romanos , de quibus vid. lib. II. Cod. tit. 47. & seqq. & ibi Perez. & alios. qui , licet in servili quodammodo conditione essent , à servis tamen proprie dictis , multis nominibus , differunt. v. dd. tit. Gudel. de jure nov. I. I. c. 5. tot. & Mev. ad Jus Lubec. lib. I. tit. 3. ad rubric. n. 33. & seqq.



CO-



X I

COROLLARIA.

I.

Ratione fori Romani minime convenit distinctio inter judicium rescindens, & rescissorium, adeoque nec in Restitutione in integrum, nec in Querela inofficiosi testamenti, nec alibi, ferenda.

II.

Inter Legem 18. D. d. Jurisd. & Legem pen. C. de pact. non est statuenda antimonia, nec illius per hanc abrogatio.

III.

Factum simpliciter negantis nulla est per rerum naturam probatio.

IV.

Sola facta, non jura in thesi, sunt objecta probationis.

V.

Qui sciens emit rem alienam, que à domino evincitur, licet de evictione agere non possit, pretii tamen repetitione non videtur privandus.

VI.

Legatum in liberum arbitrium heredis conferri non potest: Nec item in alterius extranei, l. 52. D. d. Cond. & Dem.

VII.

Cui adeo non est contraria Lex 1. D. d. Leg. 2. ut potius idem dicat, modo aliter, quam vulgo fit, explicetur.

G

VIII. Mor-

V I I I.

Mortuâ in matrimonio filiâfamilias , pater dotem profectitiam a genero repetere potest , etiamsi liberi , ex illo matrimonio procreati , supersint.

I X.

Legatum rei , cuius Legatarius commercium non habet , non valet.

X.

Si testator simpliciter legaverit fundum , quem sciebat sibi cum alio communem esse , non totus , sed tantum portio testatoris propria debetur.

X I.

Liberi a parentibus hereditatem restituere rogati , Jure Civili non possunt simul deducere Legitimam , & Quartam SCii Trebelliani.

X I I.

Omnium bonorum donatio valet.

X I I I.

ad transferendum dominium per traditionem non requiritur inducio in vacuam possessionem.

X I V.

Thesaurus ab Emphyteuta inventus in fundo vectigali , Emphyteute ne cedat totus , an Domino directo pro parte ? Problema esto.

X V.

F I N I S.